

Werk

Titel: Thesaurus Iuris Executivi Rutgeri Rulant, Icti. Quadripartitus

Untertitel: Quarum Pars Prima exhibet usum verum executivum, mediante Brachio Eccles lastico, Seculari, Regio, Et Militari, Eorumque imploratione. Secunda, exactam praecipuarum Rerum Civilium tractationem ... Tertia, perfectam manuductionem Executioni Rerum Criminalium inservientem. Quarta, Decem Classes Relationum, Actorum ac Votorum Cameralium praedictis materiis accommodatarum ... Atque Ita His Quatuor Partibus, Non Solum Executionis Materia fructuosissima continentur, sed & diversae per totum ius privatum dispersae materiae videlicet ...

Verlag: Author; Weissius

Ort: Franfurti ad Moenum; Franfurti ad Moenum

Jahr: 1624

Kollektion: VD17-Mainstream

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN755514025

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN755514025>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=755514025>

LOG Id: LOG_0009

LOG Titel: Tractatus De Brachio, Seu Auxilio Implorando Per Iudicem Ecclesiasticum [...]

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de



I
ordens b. Baff T

TRACTATVS DE BRA- CHIO, SEV AVXILIO IMPLO- RANDO PER IUDICEM ECCLESIASTICVM A iudice seculari, vel e contra, per D. MARTINVM de FANO, V.I.D. editus, nunc primum in germania, in lucem missus, incipit.

S V M M A R I A.

- 1 Iudex qui posset implorare auxilium brachii secularis.
- 2 Auxilium brachii secularis quando peti posset.
- 3 Index delegatus quare non posset huiusmodi auxilium iuuicare si non continetur in mandato.
- 4 Iurisdictio delegata non porrigitur adres, & personas in rescripto non contentas.
- 5 Intellectus cap. I. & c. quoniam, ad fin. extra de offic. indic. ordin.
- 6 Mandati fines non sunt excedendi.
- 7 Clausula, contradictores & rebelles per centuram ecclesiasticam compellendo, sive compescendo; in rescripto delegati apposita, quid importet & nam. II.
- 8 Iudex an posset ex suo arbitrio, imponere pœnam à iure non expressam.
- 9 Iudex non potest pœnam à iure statutam mutare, etiam per dispensationem.
- 10 Facti quæstio non iuriis, est in iudicis potestate.
- 11 Clausula, si preces veritate nitantur: Subintelligitur, & est de substantia cuiuslibet rescripti, licet non sit in rescripto apposita.
- 12 Rescriptum imperaturum per mendacium est ipso iure nullum, etiam si sit legibus consentaneum.
- 13 Cui iurisdictio data est, ea concessa videntur sine quibus iurisdictio explicari non potest.
- 14 Causa commissa intelligitur commissa quo ad plenariam potestatem.
- 15 Intellectus capit. præterea, de officio delegati.
- 16 Iudex secularis an ita petere posset brachium iudicis ecclesiastici, sicut ecclesiasticus secularis.
- 17 Imperium Romanum quatenus extendatur.
- 18 Sacerdotium & imperium ab eodem principio descendederunt.
- 19 Papa praest in Spiritualibus & diuinis, Imperator vero secularibus & humanis.
- 20 Imperium Romanum quatenus extendatur.
- 21 Iudex secularis quando & qualiter impetrat brachium ecclesiasticum.
- 22 Iudex secularis an & quando habeat iurisdictionem in personas Ecclesiasticas, & respias.

N C R I S T I nomine Amen:
Quia s̄pē contingit, quod Ecclesia, sive ecclesiastica persona, imploret auxilium brachij iudicis secularis, & an sit semper, vel interdum, & quando præstandum, probabiliter etiam à peritis dubitatur, ideo proposui hanc materiam perscrutari, & nil de contingentib⁹ omittendo declarare.

† Sciendū est igitur, quod iudex qui implorat i auxilium huiusmodi brachij secularis, aut est ordinarius, & tunc potest postulare, cum sibi opus fuerit, vt ex inferioribus apparebit: si vero est delegatus subdistingue, quia aut continetur in litteris sive commissionis seu delegationis sibi factis, vt iuuicare possit brachium seculare, aut non, & è contra; etiam si delegatus sit, poterit iuuicare, si vero non continetur, non poterit implorare, prout constabit aperte ex infra dicendis.

† Quando autē sit opus vel necesse huiusmodi auxilium iuuicare? dic quod intelligitur opus esse sive necesse, vbi illa persona contra quam postulatur impendi, fuerit in eo statu, quod incorrigibilis censeatur, in tanto excessu, in tantaque contumacia, quod contra ipsam personam tanquam in profundum malorum deductam, nō habeat Ecclesia ultra quid facere, vt extra de offic. cap. cum non ab homine, cum concordant. ibi positus, & cum concordanti. notatis super illa littera per modum no. &c. super gl. que incip. nota qualiter in criminalibus. &c. Et sic dici potest, quod vbi cunque deficit potentia ecclesiæ, vel non potest contra suos rebeller, recurrentum est ad iudicem seculariem, & ad hoc Extra de offic. iud. ordinar. cap. quoniam plerisq; & 17. dist. c. non licuit. & 23. q. 5. c. Princeps II. q. 1. cap. si quis sacerdorium, & c. petimus, & extra de heret. cap. excommunicamus. Alias nisi persona ecclesiastica sit incorrigibilis, non imploratur auxilium brachij secularis, nisi in unico casu specialissimo, scilicet falsitatis commissæ in literis Papæ, vt extra decremine falsi c. ad falsiorum. in prin. Relinquitur enim in omnibus aliis casibus generale, vt non imploretur, vt cap. dist. c. contra morem. † Quod autem delegatus non possit huiusmodi brachium im- plorare,

plorare, si non contineatur expresse in rescripto,
4 probatur multiplici ratione: † vna & prima
hæc est, quia rescripta sunt personalia, & stri-
cti iuris, & per consequens ad personas & res
alias in rescripto non contentas non extendit
iurisdictio delegati. vt extra de offic. & potest.
iudic. delegat. cap. P. & G. &c est optimum simile
& validum argumentum de rescripto, quod
sit stricti iuris, ad illud quod est de compromis-
so cautum, quod est stricti iuris, per id quod
dicitur ff. de arb. l. si cum dies. §. plenum, &
l. non distinguemus. §. d. offic. & extra eod. tit. cap.
cum dilectus. Et ideo non succedit hæres illius
qui compromisit, nisi de hærede fuerit facta
mentio. ff. de arb. l. diem preferre. §. i. ibi, si hære-
dū mentio, & est optimum argumentum. leg. quic-
quid. quia promissor non tenetur ad id quod fuit
omissum; quia stipulatio est stricti iuris, & ideo
ad omissum non trahitur nec refertur. Cum er-
go iudex secularis seu brachium seculare non
contineatur in Rescripto delegati, sive Missio
ad delegatum, de cuius sententia executioni
mandanda tractatur, vel de cuius præcepto exe-
quendo, nec eius executio ad id extendi poter-
it.

5 † Nec obstat quod dicitur extra. de offic. ord. cap.
1. & cap. quoniam, ad fin. quia illa capitula loquuntur
sue intelliguntur in iudice ordinario, ut col-
ligitur ibi in rub. & tex. Et sic eadem ratione non
obstant Canones antiqui in gloss. ordinaria ibi-
dem induiti & maxime quia in literis Apostolicis
inseritur & consuevit apponi, scilicet, inuoca-
to ad hoc si opus fuerit brachio seculari: quod qui-
dem non sit sine causa rationabili, seu rationis
mysterio: quasi non insit ipso iure in literis hoc
beneficium sue auxilium: & sic clausula talis
adiecta, aliquid operatur & operari debet. vt l. si
quando. ff. deleg. 1. & ad Municipal. l. 3. cum similibus.
alias si nihil operaretur frustra adiiceretur.

6 † Secunda ratio est, quia fines mandatis sunt
diligenter custodiendi & non excedendi. vt ff.
mandat. l. diligenter & extra de rescript. cap. cum dilecti
& cap. venerabilis. Extra de offic. & potest. iudi. delegat.
& 3. quast. 7. in graibis. vnde cum ille delegatus
non habeat ex delegatione sibi facta quod possit
inuocare auxilium brachii secularis, illud non
poterit impetrare. Nam si id voluisse delegans,
leue fuisset sibi hoc dicere, vt de Cadu. tollen. §. fin
autem. & Extra de decim. cap. ad deficientis, sed hoc
falso posito, quod ex vi delegationis, in qua
non sit mentio de inuocatione auxilii, valcat in-
uocare, si forte potest intelligi de iure, vide-
licet vt ad id quod sit facti meri extendatur; scilicet
ne violentia inferatur, non autem ad id
quod sit iuris seu iurisdictionis, sicut est defen-
dere in possessione, & exequi sententiam sui
proximam, seu beneficii collationem factam
cum tali, cui hoc mandatur, etiam si clericus, non
habeat, multominus si sit laicus. vt probatur. Ex-
tra de iudi. c. 2. 3. & 4.

7 † Tertia ratio est, quia in literis quasi omni-
bus apponitur Clausula. Contradictores & rebelles,
nisi per censuram ecclesiasticam compellendo sue
compre-
scendo. Quæ clausula continet tres articulos so-
lummodo, id est, excommunicationem, suspen-
sionem, & iurisdictionem, & eam pœnam quam

iudex delegatus de prædictis tribus videat expe-
dire eam inferat & imponat, vt Extra de verbo. si-
gnific. cap. conquerenti. † vnde iudex ipse delega-
tus non habet nec potest compescere contradic-
tores & rebelles, nisi per censuram Ecclesiastica-
cam, quæ clausula continet supradicta, & non
ius inuocandi brachium seculare: merito ig-
nit non potest per se ipsum inuocare. Si enim
non esset pœna apposita in lege vel canone, po-
test iudex pœnam indicere ex suo arbitrio. argum.
ff. de iure deliber. l. i. in fin. & Extra. de offic. deleg. cap. de
causis. in fin. Si autem sit expresse in Canone vel
rescripto cautum, per censuram ecclesiasticam,
Tunc iudex debet esse contentus ea. Ad hoc fa-
cit lex optima. ff. de verbo. oblig. l. Stipulatio ista, nec po-
test † iudex mutare illam pœnā, etiam per dispe-
9 sationem. vt de offic. deleg. cap. de causis. & 3. quast. 4.
§. notandum. † & vt etiam alibi dicitur, facti que-
stio, non iuris, est in iudicis potestate. vt ff. ad Mu-
nicipal. l. ordine, & de feriis. l. 1. primo responso. ibi, nec e-
nim praetoris factum, iuri oportet derogare.
10

† Quarta ratio est, quia etiam si in rescripto
non sit illa clausula; contradictores, & rebelles &c. ta-
men delegans non intelligitur voluisse; immo po-
tius prohibuisse, delegatum posse inuocare bra-
chium seculare: hoc ipso, & eo solo quod o-
mittit ponere in rescripto: quia ita de num vi-
detur per ius Canonicum posse inuocare bra-
chium seculare, si hoc velit superior qui delegat,
& ob id semper Dominus Papa cum executione
super beneficiis, & beneficiorum collatione ali-
cui committit, ponit illam clausulam; inuocato
si opus fuerit, brachio seculari in magnis & arditis
causis: & maxime quando timetur scandalum,
& imminent grande periculum, concordatur, &
inseritur in literis & rescriptis. Ad hoc faciunt,
& sunt argument. 2. quast. 3. cap. vicaria, vbi de ter-
tio, & Extra de transla. prala. cap. inter corporalia, ul-
tra medium capituli. vnde si circa translationem id
fieri voluisse, quod de concessione dixerat, &
de translatione poterat expresse dixisse; & quod
non est &c. Ad idem facit. C. decad. tollen. l. 1. §.
pœn. † Sed posset quis opponere de quadam 12
clausula; si preces veritate nitantur; quæ frequen-
ter in literis apponitur, & apponi consuevit, &
nihilominus subintelligitur, si non sit inserta, ta-
men delegans non intelligitur voluisse, immo
etiam prohibuisse. Ad quod facit valde nouissima
constitutio. Inno 4. posita sub titulo de iu-
dici. cap. inter ambiguum. & 25. quast. 2. cap. rescripta,
& de rescript. cap. 2. vbi de hoc. & sic videretur di-
cendum, & dici posse de illa clausula, inuocato &c.
sed certe non est ita. Est enim verum, quod illa
clausula; si preces veritate nitantur; est de substan-
tia cuiuslibet rescripti, & ipso iure semper ines-
ta in rescripto; quod sic probatur. † quod 13
libet rescriptum impetratum per mendacium, est
ipso iure nullum, etiam si sit legibus consentaneum,
ad hoc C. si contra ius vel vit. public. l. præ-
scriptione, & l. puniri, & l. & si non cognitio, & l. & se-
legibus. quod quidem non dicitur, nec est in illa
clausula, inuocato ad hoc brachio seculari, prout
supra variis rationibus & pluribus iuribus con-
uincitur & probatur.

† Sed ad hoc oppono, & fortius; est enim 14
cautum tam de iure canonico quam ciuili, quod
cui

cui iurisdictio data est, & ea omnia concessa videantur sine quibus iurisdictio explicata non possit test. ut ff. de iurisdict. om. iudi. l. 2. & ex eo quod † alicui causam committit, recipienti, super omnibus, quæ ad causam ipsam spectare noscuntur, quo ad plenariam potestatem. Extra de offic. de leg. cap. præterea. cum aliis multis concordantibus ibi depositis, & notatis. Ergo cum delegatus non potest exequi, quæ sunt sibi per delegantem commissa, multo fortius non poterit inuocare brachium seculare: cum iurisdictionem suam, siue sibi commissam, nequeat explicare: & ad causam ipsam spectare videatur talis inuocatio brachi secularis.

16 Ad hanc oppositionem sic respondeatur; Dicituren quod illa Decretalis, præterea intelligitur & loquitur de ijs quæ sunt substantialia, tam iurisdictionis datae, quam cognitionis facienda inter partes, scilicet in partibus ad iudicium compellendis, & in aliis substantialibus faciendis; faciendo partes respondere, & contumaces cogere auctoritate delegantis, & in aliis, quæ circa iudicij examen fieri exiguntur, & si diligenter inspiciantur verba dictæ Decretalis, præterea hoc sentit & ibi in gloss. not. pereat igitur quæ supra dicta & allegata sunt, colligitur & probatur & rationabiliter, & aperte, quod delegatus non debet, nec potest, inuocare auxilium brachi secularis, nisi in delegationis literis vel rescripto, conrinaretur; quod illud valeat implorare; non obstantibus ijs, quæ supra in contrarium allegata sunt.

Hæc quidem opinio quæ scripta sunt, habent locum quando iudex Ecclesiasticus, vel ecclesiastica persona implorat † auxilium publicum & seculare; verum quia & è conuerso, iudex laicus indiget auxilio & brachio Ecclesiæ & iudicis Ecclesiastici, & illud inuocat quandoque contra personas Ecclesiasticas cum est opus. Iccirco volo huiusmodi materiam de inuocatione brachi secularis inchoatam perficere, quia non videtur aliquid & c. C. ad Syl. l. fin.

18 Sciendum est igitur, quod ab eodem principio processerunt sacerdotium & imperium à diuina Clementia. Illud quidem diuinis ministris, scilicet sacerdotium, hoc autem humanis præsidens, scilicet imperium, ac diligentiam exhibens, ex uno eodemque principio, utraque procedentia, humanam vitam exornant: sunt 19 † igitur istorum duorum Principum actus diuisi, & officia discreta, & iurisditiones atque dignitates eorum distinctæ. Et summus Pontifex, præst & est Dominus in spiritualibus & diuinis, & Imperator præst secularibus & humanis, prout supra proxime dicitur, & probatur 10. dist. cap. quoniam idem. & 97. dist. cap. cum ad verum. Restat ergo probabiliter dici posse, quod iudex laicus possit cum opus fuerit, iudicis Ecclesiastici, & Ecclesiæ auxilium inuocare, pati & similari ratione, vel etiam eadem, qua Ecclesia & iudex Ecclesiasticus implorat, & inuocat a iudice seculari auxilium iuxta id, quod dici potest Ecclesiæ

ac iudici Ecclesiastico; patere legem quam tu ipse tuleris, & tu ipse iudex approbas. postulando auxilium seculare. Ad quod valde facit. l. ratas in fin. C. de res. vendi. vbi dicitur, ut eadem lege conveniamini, quam vobis tribui postulatis. Ad idem facit quod scribitur, quod quisque iuri, &c. in rubro & nigro, & maxime in l. i. quæ dicit, quod hoc editum summam habeat æquitatem, & sine aliquo aspernatione, iuxta illud, quia enim aspernabitur &c. quasi dicat, nullus, vel debet aspernari aliquis, vel etiam indignati: Ad hoc etiam faciunt optimè verba Matthæi. ut in cap. I. Corporu & voluminu Decretorum, quæ incipiunt, humanum genus &c. sic dicentis, omnia quæcumque vultis ut faciant vobis homines, ita & vos faciatis eisdem; hoc enim præcipit & mandat Christus, qui est Rex Regum & Dominus dominatum, cuius vitam sequi debent ministri, & ambo mundi Principes supradicti: Concordat etiam quod legitur in lege Lombarda, episcopi. cap. Comites, sibi in uicem auxilium præstent, in rub. & in l. i. volumus ut Episcopi & Comites concordiam inter se habeant, que lessuit Imperatoris Guidonis.

† Præterea facit optimè id quod ipse Imper. 20 assertit, se tantum habere iurisdictionem, & imperium vbi Christiana fides tenetur. ut l. generale in fin. C. de epis. & cler. vnde colligitur quod Romanum Imperium in tantum pretendit, in quantum Christianitas extenditur, facit l. census populos. in princ. C. de sum. Trin. & fid. Catho. De hac autem unitate quæ debet inter illos esse facit auth. quomodo. oportet. Episc. circ. principi.

† Vnum tamen addo, ad declaracionem quod 21 quando dubitaretur, in quibus casibus possit iudex secularis impetrare brachium Ecclesiasticum dico quod si clericus, vel persona Ecclesiastica conueniat laicum sub iudice seculari, & laicus conuentus reconueniat personam agentem, cum missus sit in possessionem aduersarij, si iudex secularis velit executioni mandare sententiam professorum; & persona Ecclesiastica inobediens sit, & resistat: tunc iudex secularis potest Ecclesiæ seu iudicis Ecclesiastici auxilium implorare; dummodo iudex secularis fecerit contra clericum, vel personam Ecclesiasticam quidquid potuit de iure, tam in personam quam in res, ita quod nihil ultra habeat facere, ad Exemplum iudicis Ecclesiastici, qui desiderat brachium seculare. ut in cap. cum non ab homine, Extra de iudici. & ibi hæc materialiter explicatur:

† Et in istis reconuentiōib. iudices seculares 22 habent iurisdictiones in personas Ecclesiasticas. ut in auth. & consequenter. C. de sen. & interlocutio. omn. iudi. & cap. ex literis, Extra de mutu peti. & cap. prudentiam. 3. quæst. 14. Habent etiam in aliis de iure Civili, scilicet in iis quæ pertinent ad instructionem pontium & viarum, & in tributis Imperialibus, & in oneribus patrimonialibus. ut l. ad instructionem. C. de Sacrosanct. eccles. & l. Sacrosancta. & l. de iu. C. de episc. & cler. & ibi plene de hac materia tractatur.

TRACTATVS DE BRA
chio seculari, & Ecclesiastico, vi
cissim implorando.

L V D O V I C I R O D O L F I N I ,
De Sabloneta Iur. Vtr. Doct.

S V M M A R I A .

- 1 Duplex est potestas, vna ecclesiastica, altera secularis, que ubi opus est, vicissim adiuuari debent.
- 2 Index ecclesiasticus potest implorare brachium secu
lare, cui secularis index illud impartiri debet.
- 3 Index ecclesiasticus potest implorare brachium iudi
cii secularis, quando inuenit resistantiam.
- 4 Index ecclesiasticus potest inuocare brachium seculare
re causa cogendi schismaticos reuerti an ecclesiam.
- 5 Index ecclesiasticus debet inuocare brachium seculare
pro executione sua sententia, quando fecit quicquid
potuit excommunicando, & interdicendo, & illam
executioni mandare non potuit.
- 6 Index ecclesiasticus an debeat inuocare brachium se
culare, quando exequitur sententiam suam in bonis
laicorum.
- 7 Index ecclesiasticus potest implorare brachium secu
lare contra blasphemantes.
- 8 Index ecclesiasticus potest implorare brachium secu
lare contra detrectantes dare cautionem de non of
fendendo.
- 9 Brachium seculare potest inuocari contra negligentes
confiteri semel in anno peccata sua.
- 10 Index ecclesiasticus potest inuocare brachium seculare
contra contemnentes sententiam excommuni
cationis.
Et quando contemnere dicatur, ibi.
- 11 Index secularis, ac Domini temporales debent con
dere ecclesia brachium suum pro manutendis ec
clesias, & iuribus spiritualibus.
- 12 Index ecclesiasticus potest inuocare brachium seculare,
vt coniux compellatur redire, & habitare cum al
tero coniuge.
- 13 Index ecclesiasticus potest inuocare brachium seculare,
cum eius potestas non timetur.
- 14 Pralati inferiores ab episcopo an posint inuocare bra
chium seculare?
- 15 Brachium seculare concedi potest, & debet a iudice
seculari ex suo officio, etiam si petitum non sit.
- 16 Index ecclesiasticus potest in casu heresis implorare
brachium secularis etiam excommunicati, vel Tyr
anni, & qui de facto occupauit dominium illius
loca, vel Magistratus, dummodo sine periculo mora
non posse recurrere ad legitimos Dominos.
- 17 Index secularis non tenetur impartiri brachium im
ploratum per ecclesiasticum incompetentem, nec de
bet sibi prabere ministerium alicuius obedientia, vel
executionis.
- 18 Iudices exequentes sententias incompetentium puni
untur.
- 19 Episcopus non potest excommunicare templarios, &
hospitalarios, & alios exemptos sibi non prabentes
brachium suum, cum sit eorum index incompetens
& non habeant superiorem, nisi Papam.
- 20 Episcopus potest supplicare Papam, vt compellat tem
plarios, & hospitalarios, & alios exemptos ad pre
standum brachium suum.

- 21 Index secularis non tenetur impartiri brachium suum
ecclesiastico, quando ipse ecclesiasticus eidem seculari
denegasset auxilium suum.
- 22 Quod quisque iuri in aliud statuit eodem iure vis
debet.
- 23 Vasallus denegans Domino ea, ad qua tenetur, excu
satur, si primo Dominus vasallo denegauit ea, ad
qua Dominus tenebatur.
- 24 Index secularis non tenetur prabere auxilium per ec
clesiasticum inuocatum, interposita, & pendente ap
pellatione à sententia ipsius ecclesiastici.
Intellige, quando illi appellationi nihil obstat, ibi.
- 25 Appellatione pendente nil innouandum est.
- 26 Index secularis non tenetur concedere brachium suum
appellatione pendente à sententia ecclesiastici etiam
ab eo non admissa, qua debebat admitti, quando à
tali non admissione appellationum fuit.
- 27 Index secularis non tenetur impartiri brachium suum
appellatione pendente à sententia ecclesiastici, etiam
si agatur de remere ecclesiastica.
- 28 Subditus resistere potest, si pendente appellatione index
procedere velit.
- 29 Index procedens pendente appellatione peccat, & pu
nitur.
- 30 Index secularis non tenetur concedere brachium suum
iudici delegato secundum nonnullos.
Contrarium recitat ex communis sub nu. 32. & seq.
Affertur distinctio, ibi.
- 31 Stilus, & mos iudiciorum facit ius, & seruandus est.
- 32 Index iudicando, & faciendo contra stilum facit li
tem suam, ac si faceret, & iudicaret contra legem.
- 33 Delegatus quod causam sibi commissam est maior
quilibet ordinario.
- 34 Index secularis non tenetur impartiri brachium suum
iudici ecclesiastico procedenti extra iudicialiter, &
non iudicanti prius ordine iudicario seruato.
- 35 Index ecclesiasticus si requirit secularem ad carceran
dum clericos pro debitis, & ipse ecclesiasticus habet
potestatem carcerandi, & carceres habiles ad cle
ricos detinendos, secularis non tenetur brachium
suum impartiri.
- 36 Index secularis non tenetur brachium suum imparti
ri, quando ecclesiasticus nulliter processit, & sic
quando processus, vel sententia est nulla.
- 37 Quod nullum est nullam meretur executionem.
- 38 Index secularis non tenetur brachium suum impa
rtiri iudici ecclesiastico, quando processus, vel senten
tia est nulla, scilicet quando per probationes in
promptu, vel ex tenore actorum constat de nulli
tate.
- 39 Nullitas, vel iniurias quando est caudens, tunc impu
ne iudici non paretur, sed si est latens, & occulta in
dubio ei obedientum est.
- 40 Index secularis videns casum, super quo brachium se
culare imploratur, esse iniustum, an teneatur bra
chium imploratum concedere?
- 41 Index secularis, an teneatur brachium suum impa
rtiri, quando ecclesiasticus processit iuris ordine non
seruato, vt quando non fecit quicquid potuit ad
hibendo remedia ecclesiastica.
Quid si agatur contra excommunicatum in sorde
scientem in censuram ibid.
Et quid si de remere ecclesiastica agereetur ibid.

Sculari, & Ecclesiastico.

5

- 42 Iudex secularis potest brachium ecclesiasticum implorare.
- 43 Papa adiuuare dabit Imperatorem, & domare sios rebelles, si ipse Imperator non sit negligens, & eius subditis sint sibi inobedientes.
- 44 Iudex secularis non tenetur præstare auxilium suum episcopo in criminibus mixtis, nisi sibi fiat fides de processu ex communi.
Declarata, ut ibi.
- 45 Iudex secularis negligens brachium suum præstare, vt delinquentium audacia reprimatur iudicis arbitrio punitur.
Praxis quid admiserit? ibi.
- 46 Repræsalia concedi possunt, quando denegatur brachium seculare, petitio tamen primo quod fiat iustitia secundum naturam repræsaliarum.
- 47 Ad brachium seculare non peruenitur, nisi quatuor menses post latam sententiam lapsi sint.
- 48 Quadrimestre regulariter ad soluendum dari condemnatus consuevit.
- 49 Brachium seculare non admittit alias exceptiones, nisi eas, quas quilibet executor admittere potest.
- 50 Brachium seculare ubi inuocatur, an opus sit citatio ne partu aduersa?
- 51 Citatio partu non requiritur in his, quæ iudex ex officio facere potest.
Nisi iudex faceret ad instantiam partu, ibi.
- 52 Brachium faciale inuocatur, & conceditur contra contumaciam.
- 53 Brachium seculare implorari, atq; concedi debet contra committentem falsitatem in literis Papa, etiā si delinquens non sit contumax, vel incorrigibilis.
- 54 Conumax habetur pro presente ad sui prædictum.
- 55 Argumentum à primo ad ultimum validum est in iure.
- 56 Præsens regulariter non est citandus, & num. 62. ex magis communi.
- 57 Iudex si fatuus, qui habet partem, vel testem in conspectu, & inbet nuncio, ut ceteri.
- 58 Clericus credens non possit perueniri ad effectum sua petitionis, nisi cum sanguinis effusione, an debeat inuocare brachium seculare, per quod secundum conscientiam petentis peruenietur ad sanguinis effusionem?
- 59 Episcopus debet adiuuare secularem per viam excommunicationis, cognito prius, an inobedientia Rei sit anima praetrialitate, & an tale sit delictum, quod illam paenam mereatur, & non procedet ad excommunicationem, nisi præmissa monitione.
- 60 Clericus reconueniri potest coram iudice seculari ex magis communi, limita tribus modis, ut ibi.
- 61 Iudex ecclesiasticus non impendens auxilium seculari, puniri potest per suum superiorem.
- 62 Vicarius, seu officialis episcopi implorans brachium seculare ad utilitatem priuatam partis coram eo litigantis, debet ut literis requisitorii, non perceptoriis.
- 63 Brachium seculare obtentum contra eum, qui primo posidebat, potest exequi contra eius successorem mediatum, vel immediatum, qui litem pendente rem, super qua litigabatur, emit, absque novo processu.
- 64 Brachium seculare relaxatum per iudicem à quo openante appellatione per intrusum à sententia infamorem superficiis agentis contra interesse putantes per audienciam literarum contradictarum lata,

non dicitur attentatum, nisi iudici à quo fuerit inhibitum.

Amplia ibi remissio.

65 Appellatio an sit facienda ad superiorem iudicis inuocantem auxilium, an ad superiorem iudicis illud prebentem?

66 Qui causam damni dat, damnum dedisse videtur.

67 Forma implorationis brachii secularis quæ sit? remissio.

Nemo est, qui nesciat, in hoc mundo + duplificem esse potestatem, vnam ecclesiasticam, alteram secularem, quæ licet distincta, & separata fuerint à Iesu Christo Domino nostro, attamen cum ab eodem fonte processerint, inuicem adeo colligatoz, atque confederatae sunt, vt si necesse fuerit, vna per aliam debeat adiuuari, vt ait glo. in cap. quoniam, in verbo, brachio seculari, de offic. ordin. & in c. statutus, in verbo, potestatem, de maledic. & Petr. Bellug. in specul. Princeps. rub. 11. §. tractandum, num. 1. ver. vulgariter dicitur, & Franc. Marc. in decis. 269. num. 1. in 1 par.

Verum sicuti virtusque potestatis officia distincta fuere, ita etiam æquum est, vt distinctam huius rei tractationem habeamus. Quocirca in primis constituenda est conclusio, quod + iudex ecclesiasticus potest implorare brachium seculare, cui secularis illud impariti debet cap. 1. & ibi omnes c. quoniam in plerisque, de off. ord. c. statutus, de maledic. Archidiacon. in cap. periculoso, num. 5. de statu regular. in 6. & Gul. de Ludo. in sing. 51. & Paris de Puteo in tract. de sindicat. in verbo, brachium, in princ. num. 2. ver. vnuis iudex, & Marant. in disput. t. n. 26. ver. nono quia, & Roland. à Valle in consi. 37. dubitatio exoritur, num. 2. vol. 4. ubi dixit, quod iura canonica prouident in executione iustitiae, episcopum debere implorare auxilium brachij secularis.

Et ideo infertur primo, quod + iudex ecclesiasticus potest implorare brachium iudicis secularis, quando inuenit resistentiam, ut ait Matfil. in tractat. de bannit. in verbo, iudice, numer. 179. versic. item adde.

Secundo infertur, quod + iudex ecclesiasticus potest inuocare brachium seculare causa cogendi schismaticos reuerti ad ecclesiam, ut ait Decian. in c. 68. nu. 6. lib. 5. rerum crimin.

Tertio infertur, quod + iudex ecclesiasticus potest, & debet inuocare brachium seculare pro executione suæ sententiæ, quando fecit quicquid potuit excommunicando, & interdicendo. & illam executionem mādere non potuit, ut ait Affili. in proæm. consit. Regni sub numer. 54. vel + quando 6 exequitur sententiam in bonis laicorum, ex quo ecclesiasticus ipse suam sententiam exequi non potest, ut ait Felyn. in cap. significasti, num. 4. de offic. delegat. ubi dixit, hanc esse communem opinionem, quam subdit procedere de urbanitate, & securus esse de rigore. Tamen vide Ioan. Lup. in cap. per vestras, in notabilibus, notab. 2. §. sed est pulchra dubitatio per totum, de donet. inter vir. & vx. ubi sub num. 48. post longam disputationem concludit, quod iudex ecclesiasticus, qui ratione incidentiæ, vel alias cognoscit de dote, vel alias causa contra laicum non poterit eius personam, vel bona capere, nisi tunc demum quando probauerit legitimate hoc libi licere ex priuilegio, titulo, vel præ-

scriptione. Vide etiam Decian. in cap. 26. sub numer. 15. libr. 4. rerum crimin. vbi ait, quod ubique ecclesiasticus potest laicos condemnare, non tamen poterit pro executione sua sententia auferre bona, neque eos carcerare, sed implorabit brachium seculare, nisi alia in contrarium extaret consuetudo, quod scilicet ecclesiasticus possit etiam laicos carcerare, subdens; hoc esse verum, & tenendum, qua in re videbis præterea Berratt. in confil. 6.

7. Quarto infertur, quod † iudex ecclesiasticus in casu, in quo procedit contra blasphemantes, potest implorare brachium seculare, quod impetrari debet, vt ait Decian. in cap. 4. num. 5 lib. 6. rerum crimin.

8. Quinto infertur, quod † iudex ecclesiasticus potest implorare brachium seculare contra decretantes dare cautionem de non offendendo sicut secularis brachium ecclesiasticum, vt Herculani. in tract. de caut. de non offen. cap. 5. num. 8.

9. Sexto infertur, quod † si Christianus negligens fuerit confiteri peccata sua semel in anno cogendus est per censuram ecclesiasticam, & postea ad ecclesiastici iudicis requisitionem per brachium seculare, vt ait Io. Lup. in cap. per vestras, in notabilibus, notab. 2. §. sed est pulchra dubitatio, num. 12. de donat. inter vir. & vx.

10. Septimo infertur, quod † iudex ecclesiasticus potest inuocare brachium seculare contra contemnentem sententiam excommunicationis, & dicitur contemnere, ex quo intra diem per hominem assignatum non satis facit, vt ait Petr. de Anch. in cap. postulasti, numer. 1. de homicid. & ibi Felyn. numer. 1. vbitamen ait, quod dicitur contemnere, si animo indurato eam tolerat per annum quia est suspectus de hæresi.

11. Octavo infertur, quod † iudex secularis, ac Domini temporales debent concedere brachium suum pro manutenendis Ecclesiis, & iuribus spiritualibus, vt ait Afflict. in prem. confit. Regni numer. 50.

Nono infertur; quod cum maritus, & vxor separati possint compelli præcise, vt in unum, & simul redeant, cum ita obligatio descendat ex legge diuina, & humana, si † alter coniux non potest adduci, vt ad alterum redeat potest iudex ecclesiasticus implorare brachium seculare, vt compellatur de facto redire, & cohabitare, vt ait Io. Brun. in tract. de sponsalib. & matr. concl. 1. num. 8. & Burs. in confil. 207. proponitur, numer. 10. volum. 2.

13. Decimo infertur generaliter, quod † iudex ecclesiasticus potest invocare brachium seculare, cum potestas iudicis ecclesiastici non timetur, vt ait Petr. de Anch. in cap. postulasti, numer. 2. de homicid.

Ampliatur conclusio, quod dictum est, iudicem ecclesiasticum posse inuocare brachium seculare, vt non solum procedat in episcopo, verum etiam in aliis inferioribus Prælati, qui possunt recurrere ad auxilium seculare, vt ait Archid. loquens de Abbat. in cap. periculoso sub numer. 4. in verbo, in uocato, de statu regulari. in 6. & ibi Ioan. And. sub numer. 4. in verbo, in uocato, & ibi quoque Franc. in §. & quoniam, in 3. notab. & Foller. in praxi crimin.

cano. in Misiellan. numer. 48. versic. prælatus inferior, & Philip. Prob. ad Ioan. Monach. in d. cap. periculoso, numer. 26. versic. sed quid quando, de statu regulari. in 6. vbi ait, quod episcopi, & alii ordinarij inferiores iurisdicitionem consuetudine, vel ex privilegio habentes possunt inuocare brachium seculare & sub numer. 18. vers. & per hoc non placet, ait, quod inferiores Prælati habent potestatem excommunicandi possunt inuocare brachium seculare.

Contrarium tenuit Archid. sibi contrarius in cap. administratores, sub numer. 3. 23. quest. 5. quem sequitur Petr. de Anch. in cap. 1. sub numer. 7. in fi. de officio. ord.

Secundo ampliatur dicta conclusio, vt procedat † etiam si brachium seculare non esset petitum, nam illud iudex secularis concedere potest, atque tenetur ex suo officio, vt ait Archid. in cap. administratores, sub numer. 3. in verbo, conuenti. 23. quest. 5.

Tertio ampliatur, vt † iudex ecclesiasticus possit in calu hæresi implorare brachium secularis etiam excommunicati, vel Tyranni, & quide facta occupauit dominium illius loci, vel Magistratus, dummodo sine peticulo more non possit recurrere ad legitimos Dominos, vt ait Gundissal. in tract. de heret. quest. 19. sub numer. 8. ver. & est aliud speciale, & Decian. in cap. 20. num. 3. 4. lib. 5. rerum crimin.

Limitatur autem primo supradicta conclusio, vt non procedat, quando † iudex ecclesiasticus est in incompetens, quia tunc secularis non teneatur eidem brachium imploratum impetrari, nec debet sibi prebtere ministerium alicuius obedientiae, vel executionis, vt ait Oldrad. in confil. 89. episcopus, numer. 3. versic. contrarium, & Bald. in l. criminali, numer. 3. versic. ultimo not. C. de iurisd. omn. iud. & ibi Salyc. numer. 2. versic. item quod exequentes, vbi admonet, iudicem secularis cautum esse debere, quando ab eo imploratur brachium seculare, vt videat, an ille sit iudex competens, vel ne, & Calcan. in confil. 119. sanctissimus, maxime sub numer. 5. ver. præterea & Roland. à valle in confil. 37. omisso multiloquio, numer. 4. versic. & subdunt, vol. 1. & Gail. in obseruat. 115. numer. 10. in fin. libr. 1. pract. obseruat. vbi dixit, brachium non habere locum in ecclesiastico, nisi prius iudici seculari fidem faciat de sua competentia, & idem tenuit Natta in confil. 529. iudex ecclesiasticus, num. 37. ver. non omitto etiam, vol. 3. & Menoch. in tract. deretin. possif. remed. 3. sub nu. 360 ver. debet tamen iudex.

Et tantum ista limitatio procedit, vt † puni- 18 antur iudices exequentes sententias incompetentiū, vt ait Bald. in d. l. in criminali, num. 3. versic. vltimo nota. C. de iurisd. omn. iud. & ibi Salycet. num. 2. versic. item quod exequentes, & Calcan. in d. confil. 119. num. 6. & Roland. à valle in d. confil. 37. num. 3. vol. 1. & Natta in d. confil. 529. num. 37. vol. 3.

Hinc est quod † episcopus nequibit excommunicare templarios, & hospitalarios, & alios exemptos, qui non habent superiorem nisi Papam, si nolunt episcopo suum brachium impetrari, cum sit eorum iudex incompetens, vt scripsit Innoc. in cap. 1. numer. 3. versi. si vero talis sit, de officio. ord. & ibi Bald. numer. 18. ver. quaro nunquid, & Alciat. nu. 126.

Seculari, & Ecclesiastico.

7

ver. tercia quæstio est, qui et si ibi & num. 127. arguat contra hoc, subdit tamen esse cogitandum, & non recedendum à communione.

Aduertendum autem est, quod licet episcopus non possit excommunicare templarios, & hospitalarios, & alios extemplos, poterit tamen supplicare coram Papa, ut eos compellat ad praestandum sibi auxilium suum, ut ait Alciat. in d. c. r. sub num. 126. de offic. ordin.

21 Secundo limitatur dicta conclusio, vt tamen procedat, quando iudex ecclesiasticus denegasset auxilium suum iudici seculari, nam tunc postea in simili casu secularis non tenebitur intercessio brachium imploratum, ut ait Petr. Foller. in prax. crim. cano. in verbo, non comparentes, num. 69. ver. qualiter autem.

22 Quia tamen quod quisque iuris in alium statuit, eodem iure videtur. ca. cum omnes, de constit. & rub. ff. quod quisque iur.

23 Pro quo facit illud, quod dicit solet tamen de vasallo, qui excusat, si denegat domino ea, ad quæ tenetur, si primo dominus denegauit eidem vasallo ea, ad quæ dominus tenebatur, quemadmodum notauit Decian. in cap. 49. nu. 28. ver. nam & vasallus, lib. 7. veram crimin.

24 Tertio limitatur, vt tamen habeat locum, quando à sententia iudicis ecclesiastici rite, & recte interposita fuisset appellatio, & ea penderet, quia tunc iudex secularis non tenetur praebere auxilium inuocatum, imo potest impunie resisti, ut ait Oldrad. in consil. 89. numer. 3. & Marant. in disputat. 1. numer. 26. versic. hoc presupposito, in fin. & Franc. Marc. in decis. 269. sub numer. 1. versic. si vero quis appellasset, in 1. par. & Alberic. in l. episcopale, numer. 3. ver. sio. sed circa hoc quarto, C. de episcop. aud. & ibi Pau. de Castro sub numer. 4. in fin. versic. & dicit hic, & Iacob. Sbroz. in tractat. de Vicario episcopi, lib. 2. cap. 190. numer. 11. & Grammat. in consil. 109. in causa vertente, per totum, & maximus numer. 17. & seq. in civilib. & Vrfill. in decis. 24. de materia, numer. 16. & Decian. in cap. significasti, numer. 15. versic. secundo limitatur, de offic. delegat. & Gail. in obseruat. 115. numer. 4. versic. legitime exceptiones, libr. 1. pract. obseruat. & Abb. in cap. si quando, sub numer. 2. de offic. deleg. & ibi Felyn. sub num. 2. versic. fallit primo, & iterum Abb. in cap. 1. sub numer. 12. versic. & per hoc deciditur, de offic. ordin. vbi dixit, hanc esse communem opinionem, quam tenuit Afflict. in proem. constit. Regni, sub numer. 54. in fin. & Menoch. in tractat. de retin. possess. remed. 3. sub numer. 360. in fin. versic. debet etiam animaduerttere, vbi intelligit, hoc esse verum, quando illi appellationi nihil obstat, & ante ipsum sic declarauit Nauar. in cap. cum contingat, remed. 1. sub numer. 5. derecisp.

25 Quia tamen appellatione pendente nil innouandum est. l. i. 2. princeps. nil no. appellat. pend.

Immo plus dixit Roland. à valle in d. consil. 37. numer. 13. versic. plus dicit, volum. 1. quod tamen si iudex secularis sciret fuisse appellatum à sententia iudicis ecclesiastici, & appellationem non fuisse admissam, quædebeat admitti, & à tali non admissione appellatum, quod non deberet concedere brachium seculare, subdens, sic alias ex hoc fundamento fuisse votatum, & decisum in consilio Montisferrati contra Agentes pro Episcopo

Albæ, idem scriptum reliquit ante ipsum Afflict. in proem. const. Regni, sub num. 61.

Amplia istam limitationem, vt tamen procedat, 27 etiam si agatur de remere ecclesiastica, ut ait Alciat. in cap. 1. nu. 112. ver. tercio limitatur, de offic. ord. vbi ait, sic transire communiter Doctores.

Amplia rursus, vt tamen subditus resistere possit, si 28 pendente appellatione iudex procedere velit, ut ait Alberic. in l. episcopale, sub nu. 3. in fin. C. de episcop. aud.

Amplia quoque, vt iudex procedens pendente appellatione peccet, & puniatur, ut ait Alberic. in d. l. episcopale, nu. 4. C. de episcop. aud. & Oldrad. in consil. 89. sub nu. 3. ver. imo procedens.

Quarto limitatur predicta conclusio, vt tamen non 30 habeat locum in iudice delegato, cui per iudicem secularis non est concedendum brachium imploratum, ut ait Alberic. in d. l. episcopale, numer. 5. versic. sed nunquid. C. de episcop. aud. & Calcan. in consil. 119. numer. 2. versic. relinquitur ergo, & Archidiac. in cap. vt officium, sub numer. 9. versic. denique brachii, de heret. in 6. vbi dixit, sic teneri, & obseruari per Curiam Romanam, & cum sequitur ibi Ioan. Andt. numer. 4. & idem tenuit Federic. de Senis in consil. 251. Iacobus de Cremona, numer. 4. versic. præterea brachium seculare, vbi sequendo Archidiacorum inquit, hanc opinionem approbari de stilo Curiae, qui tamen stylus facit ius. cap. licet, & cap. seq. 31 de crimin. fals. & Feder. de Senis in consil. 230. venit ad me, numer. 5. nam stylus Curiae, & mos iudiciorum est ita seruandus, sicut leges scriptæ, adeo quod tamen iudex ita facit item suam iudicando, & 32 faciendo contra stilum, sicut contra legem scriptam, ut ait, Calcan. in d. consil. 119. numer. 3. & dixit Ioan. Andt. in cap. significasti, numer. 4. versic. quid dicemus, de offic. deleg. quod si curia tenet hanc opinionem, non est plus instandum, & idem scriptum reliquit Gemin. in cap. vt officium. §. denique, numer. 3. de heret. in 6. vbi allegat Lapum pro hac sententia, quam amplexus est Felyn. in d. cap. significasti, sub numer. 2. versic. quarto, colum. 2. de offic. deleg. & hanc opinionem tenuit, & pluribus rationibus animose comprobauit Martinus de Fano. in tractat. de brach. secul. imploran. num. 3. ver. quod autem delegatus, cum numeru seqq.

Contrarium tamen tenuit Innocen. in d. cap. significasti, numer. 2. de offic. deleg. & Speculat. in tit. de iud. deleg. §. 5. numer. 6. versic. sed nunquid, vbiait, quod si iudex ordinarius hoc potest facere, ut supra etiam dictum est, multo fortius hoc poterit delegatus, qui tamen quoad causam sibi commissam, maior est quilibet ordinario. cap. sane, il. 2. de offic. delegat. cap. 2. de offic. legat. & hanc opinionem etiam tenuit Oldrad. in consil. 89. episcopus, in fin. & Zabarel. in clem. 1. numer. 14. versic. decimo quarto, & ibi Addit. versicu. nunquid executor, de offic. delegat. & Archidiac. sibi contrarius in cap. administratores, numer. 2. in verbo, ecclesiastici, 23. quast. 5. vbi dixit, hanc esse veriorem opinionem, quam sequutus est quoque Feder. de Senis patiter sibi contrarius in consil. 164. super invocatione, sub numer. 3. versic. in contrarium, & Petrus de Anch. in cap. 1. sub numer. 7. in fin. versic. & habent ista locum, de offic. ordin. & Felyn. in d. cap. significasti. numer. 2. versic. utrum delegatus, de offic. deleg. & ibi Dec. nu. 14. ver. extra glossam queritur, vbi dixit, hanc esse

communem opinionem, & ibi Hieronym. Gi-gas in addit. in verbo, executionem, & hanc conclusionem esse coimunem dixit quoque Bero. *ibid. num. 24. v. extra glossam*, quam confirmat numeris seq. & huius opinionis fuit Bald. in *l. in crimin. num. 3. versi. vltimo nota. C. de iurisd. omn. iud.* & ibi *Salic. num. 2. versi. item quod exequentes, & Fran. in cap. periculofo. §. & quoniam, in 3. notab. de statu regular. in 6. & in cap. vt officium. §. denique, in princ. de heret. in 6. & Natta in consil. 529. num. 37. & num. 38. & Gail. in obseruat. 115. num. 10. ver. si. utrum autem, lib. 1. pract. obseruat. & Petr. Foller. in prax. crimin. cano. in verbo, non comparentes contumaces. num. 15. & Nauar. in cap. cum contingat, remed. 1. num. 1. 2. & num. 3. de rescript. & Boff. in tit. deforo compet. num. 92. vbi tenet hanc sententiam, dummodo seruetur forma tradita in delegatione, ad quam subiungit aduertendum esse, & Roland. à valle in consil. 37. num. 1. versi. di-*co quod licet, vol. 1. vbi dixit, hanc esse communem opinionem, idem dixit Didac. Couar. libr. pract. quest. cap. 10. sub numer. 1. versi. ex quo tamen, & Petr. Bellug. in Specul. Princip. rub. 11. §. & qua dicta sunt, sub numer. 1. versi. & ideo communis, vbi dixit, hanc esse veram, & communem opinionem, & de communi testatur Camil. Borel. ibi in addit. sub litera d. in verbo manu militari, ver. communis tamen, & Berett. in consil. 4. numer. 24. & Ioan. Lup. in cap. per vestras, in notabilibus, in 2. notab. §. sed est pulchra dubi-*tatio, sub numer. 17. de donat. inter vir. & vx. & Menoch. in tract. de retin. posses. remed. 3. numer. 360. ver. huic pertinet, & Royas in tract. de heret. in sing. 97. nu-*mber. 4. & Franc. Marc. in decis. 72. numer. 5. & in de-*cis. 269. numer. 4. versi. nec obstat, in 1. par. & pro hac opinione stetit Matfil. in tract. de bannis. in verbo, commissario. num. 53. versi. quae sit notabiliter Abbas, vbi dixit, quod non appetet ratio, quare delegatus, qui repräsentat personam Papæ, non possit inuocare auxilium brachij secularis in pertinentibus ad officium suum, sicut potest quilibet ordinarius, & Paul. de Castro, in l. episcopale, sub numer. 4. C. de episcop. audiens. vbi dixit, quod Archidiaconus motus fuit ad dicendum contrarium propter sti-*lum Curiae Romanae, & profecto motus est per alia iura, vt videri potest apud ipsum.******

Tu vero ad conciliandas opiniones distingue hoc modo, aut personæ, vel possessiones, in quibus est executio facienda, seu aliquid exequendū, vel faciendum, sunt omnino laicales, aut sunt ecclæsticæ. Si sunt laicales, tunc iudex delegatus non nisi per modum requisitionis, recurrit ad brachium, id est, adiudicem ipsarum personarū, siue possessionum. Si sunt ecclæsticæ, tunc aut non est tanta violentia, quin ipse delegatus possit per se sufficere, & tunc non potest inuocare auxilium brachij secularis, quod non est inuocandū, nisi in subsidiū vbi opus est. c. I. de offic. ord. Aut tanta est violentia, quod iudex ecclæsticus, seu delegatus non possit per se sufficere, & tunc per ordinem requirendus est primo ordinarius ecclæsticus loci, & si ipse ordinarius per se, & per suā censuram ecclæsticam sufficiat, non potest inuocare brachium seculare. Si vero nec per se, nec per ordinarium sufficiat, tunc inuocare poterit solemniter brachium seculare, & ista fuit originalis distinctione Gul. de Monte Lauduno in clem. yni-*ca, de offic. deleg. quam sequitur referendo eam de-*

verbo ad verbum Henric. Boich. in cap. significati, num. 2. num. 3. & numer. 4. de offic. deleg. vbi subdit. Archidiaconum generaliter verum dicere, alios vero in casibus specialibus. Et ita conuenisse videtur Felyn. in d. c. significati, sub numer. 2. versi. ter-*tio allego, & Menoch. in tract. de retin. posses. remed. 3. sub numer. 360. versi. deinde aduertat. Vele est in arbitrio iudicis delegati prius requirere auxilium ordinarii ecclæstici, vt ait Menoch. in loco mox citato. Probus tamen in c. periculofo, num. 18. de statu regular. in 6. tenet secundam opinionem tanquam communem, & negat iudicem delegatum debe-*re prius recurrere ad ordinarium ecclæsticum, sed affi- mat debere directe inuocare brachium seculare, vt evitetur circuitus.**

Quinto limitatur dicta conclusio, vt † non procedat, quando iudex ecclæsticus processisset extra judicialiter, & non iudicasset prius ordi-*nate iudicario servato, & velle implorare brachium seculare, quia tunc iudex secularis exequens non tenet iudicari parere, vt ait Franc. Marc. in decis. 269. sub nu. 1. ver. & hoc verum, in 1. par. & Afflict. in pœn. consti. Regni, num. 61. & Alciat. in c. 1. num. 117. versi. quarto limitatur. de offi. ord. vbi ait, quod ita tenet Innocentius, eumque ceteri sequuntur, idem tenuit Decian. in c. 9. num. 128. lib. 4. rerum crimin. quia, vt subdit, in extra judicialibus iudex ecclæsticus non est maior seculari, sed par.*

Sexto limitatur, vt non habeat locum, quan-*do iudex requireret secularis ad carcerandum clericos pro debitis, & ipse ecclæsticus haberet potest item carcerandi, & carceres habiles ad clericos detinendos, quia tunc secularis non tenet brachium suum ecclæstico impartiri, vt ait Ant. de Butr. in c. cum non ab homine, sub num. 12. versi. per qua dixi, de iudic. & ibi Abb. sub num. 7. ver. & per hoc, & Calcā. in consil. 119. sub num. 7. & ita videtur innuere Iacob. Sbroz. in tract. de Vic. epis. lib. 2. quaest. 190. sub num. 10. ver. extenditur*

Septimo limitatur, vt † non procedat, quan-*do iudex ecclæsticus nulliter processisset, & sic quando processus, vel sententia esset nulla, quia tunc iudex secularis non tenet brachium suum impartiri, vt ait Roland. à valle in consil. 37. nu. 14. ver. quinto & vltimo adducitur, vol. 1. & Gail. in obser-*uat. 115. sub num. 4. libr. 1. pract. obseruat. & Natta in consil. 529. num. 9. vol. 3. & Menoch. in tract. de retin. posses. remed. 3. sub num. 360. ver. debet etiam iudex laicus, & Bertazzol. in consil. 200. sub num. 5. versi. sic etiam, volu. 1. & Iacob Sbrozz. in tract. de Vic. epis. lib. 2. q. 190. sub num. 7.**

Cuius rei plures sunt rationes, quarum prima est, quod † illud, quod nullum est, nullam meretur executionem l. 4. §. condemnatum ff. de re iud. cum simil. & hanc rationem adduxit Gail. vbi supra, reliquas vero recenset Roland. à valle in loco præcipito.

Amplia istam limitationem, vt per Anchæt. in consil. 382. retento ordine, num. 8. ver. contra iura agitur, & Gail. in d. obseruat. 115. num. 5. ver. nam si sententia, lib. 1. pract. obseruat. & Natta in consil. 529. sub num. 6. ver. & dicit etiam, vol. 3.

Restringe hanc limitationem, & ampliationem, vt non procedant, quando † non constaret per probationes in promptu, velex tenore a-*ctorum de nullitate, nam eo casu iudex secularis tene-*

Seculari, & Ecclesiastico.

9

tenetur iudici ecclesiastico brachium suum concedere, ut ait Affl. in proem. constit. Regn. num. 55. ver. quid autem si tunc & Roland. à valle. in consil. 37. numer. 14. in fin. volum. 1. & Gail. in obseruat. 115. num. 5. versic. nam si sententia, libr. 1. pract. obseruat. & ideam tenet e videtur Menoch. in tract. de retin. possess. remed. 3. num. 360. ver. debet etiam index ecclesiasticus.

Pro qua re facit illud, quod notauit Feder. de Senis in consil. 251. Iacobus de Cremona, fere ad fin. & in consil. 163. super inuocatione, in fin. vbi dixit, 39 quod † si nullitas, vel iniustitia est euidens, tunc impune iudici non paretur, sed si est latens, & occulta, tunc in dubio ei obediendum est, & sequitur Narta in consil. 529. index ecclesiasticus, num. 5. vol. 3. & Vrsil. in decis. 24. num. 15.

40 Octauo limitatur dicta conclusio, vt † non habeat locum, quando iudex secularis, cuius brachium imploratur, videt casam, super quo imploratur, esse iniustum, quia tunc non tenetur suum brachium impartiti, immo potest impune non parere, ut ait Oldrad. in consil. 89. sub num. 3. versi. & ad denotandum, & Franc. Marc. in decis. 269. sub num. 1. ver. & hoc verum, in 1. part. & Marant. in disput. 1. num. 26. ver. hoc presupposito, & Roland. à valle in consil. 37. numer. 7. ver. tertio quia, volumi. 1. vbi dixit, quod iudex secularis debet adhibere aliquam causæ cognitionem, an iustum sit quod petitur ab eo per ecclesiast. cum, quod idem pariter notauit Anchar. in consil. 382. retento ordine, num. 8. versic. item canon, & Feder. de Senis in consil. 251. Iacobus de Cremona, sub num. 3. ver. quid plus in casu nostro, vbi dixit, quod si index secularis inuocatur, sententia nulla precedente, non debet dare brachium suum, nisi iuste inuocetur, & summatim hoc examinabit. Et quod secularis non teneatur concedere brachium suum pro executione sententiae iniustæ, voluit Innoc. in c. 1. sub num. 2. de offic. ordin. & ibi Abbas num. 11. & Mol. num. 17. & Alciat. num. 110. & Bertazzol. in consil. crimin. 200. executio, num. 5. versic. sic etiam, vol. 1. & Vrsil. in decis. 220. circa primum dubium, sub num. 9. vbi dixit, quod iudex secularis non debet exequientiam iniustum, & Maral. in sing. 367. nemo prudens, circa medium, vbi dixit, quod iudex secularis non tenetur exequi præceptum iudicis ecclesiastici, si scit, vel suspicatur de eius iniustitia.

Contrarium tenuit Menoch. in tract. de retin. posses. remed. 3. sub num. 360. ver. debet etiam index, vbi ait, Innoc. & Nauar. non admittete, quod laicus possit de iniustitia cognoscere, & si iudex ecclesiasticus nunquam adiuuet laicum, nisi cognita iustitia, & iniustitia.

Tudic, quod si iudex ecclesiasticus ministros tantum petat, ut ipse met exequi possit, tunc iudex secularis cui de iustitia aliter non constat, ministros tradere non recusabit, ut ait Octauian. Vulpi. in tract. de libert. eccles. in 3. par. num. 32. & Berett. in consil. 4. num. 15.

Similiter exequi non detestabit in causa hæresis, quæ est mere ecclesiastica, cui ab ipso ecclesiastico executio demandatur, ut ait Octauian. Vulpi. in tract. de libert. eccles. in 3. par. num. 32. & dicam infra sub num. 41. ver. vtcunque sit, & num. 48.

Intellige, nisi iudex secularis haberet conscientiam certam pro condéнатo, vel sciret aliter sententiam esse iniustum, ut quia vidisset processum, eo

quia pars sibi ostendit, & cognoscit iniustum, quia tunc secularis non tenetur præstare auxilium, nisi ad ea, quæ Deo placita sunt, prosequendum, unde si sciatur, sententiam esse iniustum, non placet Deo, ut eam exequatur, ut ait Alciat. loquens in mere ecclesiast. in c. 1. nu. 110. & num. III. de off. ord.

Oportet tamen, quod iniustitia sit euidens, ut dixi nu. 39. & addo Purpurat. in l. magistratus, num. 32. ver. nam quando ff. de iurisd. omn. iud. vbi ait, quod quando præceptum iudicis ecclesiastici est euidenter iniustum, non est ei parendum, sed si iniustitia est latens, & occulta, tunc in dubio obedendum est, ut dixi num. 39.

Nono limitatur supradicta conclusio, vt † nō procedat, quando iudex ecclesiasticus processus est iuriis ordine non seruato, ut quando non fecit quicquid potuit adhibendo remedia ecclesiastica, quia tunc secularis non tenetur brachium impari, quod tantum conceditur in subsidium, & pro ultimo refugio, ut ait Oldrad. in consil. 89. nu. 5. ver. dic tamen, & Albertic. in l. episcopale, sub num. 4. versi. & dic. quod talis inuocatio. C. de episcop. aud. & Anch. in consil. 382. retento ordine, nu. 8. & Feder. de Senis in consil. 251. Iacobus de Cremona, sub num. 4. ver. item dato, vbi etiam dixit, quod iudex non debet incipere a cauda, sed a capite, cum iura loquentia de brachio seculari dicant, si opus est vel necesse est, & hanc opinionem tenuit Affl. Et. in preem. constit. Regni, sub num. 54. vbi dixit, hanc esse communem opinionem, prout dicit Iacob, Sbrozz. in tract. de Vicar. episcop. lib. 2. quest. 190. nu. 6. & num. 7. & Roland. à valle in consil. 37. omisso multiloquio, nu. 5. ver. secund. facit, vol. 1. & in consil. 37. dubitatio exoritur, nu. 2. & nu. 3. vol. 4. & cum hac sententia transiuit Marant. in disput. 1. nu. 26. ver. super quo tamen, & Dec. iste c. cum non ab homine. num. 7. de iudic. & in c. significasti, sub num. 14. ver. & resenta communio opinionem, de off. deleg. vbi subdit, hoc maxime procedere, quando ex forma rescripti istud colligeretur, & Narta in consil. 529. nu. 36. ver. & si aliter diceremus. vol. 3. & Calcan. in consil. 119. num. 7. col. fina. vbi dixit, quod ad hoc vt brachium seculare habeat locum, oportet prius, quod ordinarius excommunicauerit aliquem, aggrauauerit, vel reaggrauauerit, & ille talis effectus fuerit in corrigitiblis, & Ioh. Lup. in c. pér vestras, in notabilibus, in 2. notab. 8. sed est pulchra dubitatio, nu. 17. ver. procedit ergo de donat. inter vir. & vxor. vbi ait, quod procedi debet secundum quod canones censem, primo excommunicando, deinde anathematizando, & interdicendo, postea cum ecclesia nō habet ultra quid faciat, inuocatur brachium seculare, antequam ista fiant, non debet inuocari brachium seculare.

Contrarium tamen tenuit Ioh. Segura Dauallos in direct. iudic. eccl. for. cap. 13. numer. 35. versic. & primum ex eo, cum numeris seq. in 2. par. vbi ostendit errorem communis opinionis invehens aduersus Doctores, qui supradictam opinionem sequuntur, & probat, prius inuocatione, & captura, ac pignorum captione vtendum esse, quæ ad censuras deueniatur, quicquid prædicti aliter opinati sint.

Vide Quintil. Mandon, in formulario commissio- num, commissione 2. in verbo, auxiliumq; brachij secularis implorandi fere ad fi. vbi ait, quod vigore brachij secularis persona capi non potest, nisi aliter

verba

verbasonent, cum ad capturam ultimo deuenientum sit.

Vt cunque sit praedicta declaranda sunt, vt non procedant, quādo contra excommunicatum inforsescem in censuris inuocatur brachium seculare, quia tunc concedendum est sine deuentu ad aggrauationē, & reaggrauationem, vt ait Borgas. in tract. de irregular. in 6. par. tit. an qui semel fuit excommunicat. nu. 32. ver. trigesimus secundus effectus est.

Insuper declaranda eveniat, vt non procedat, quādo de re mere ecclesiastica ageretur, quia tūc si iudex ecclesiasticus sibi auxilium impetrati perat, cononistae volunt, iudicem secularem teneri ad exequendum mandatum, nec aliter se in causa intromittere posse; legistae vero id abnegant, & horum vtraq; pars attestatur pro se communem opinionem esse, vt ait Ias. in l. magistratibus. nu. 10. ver. ultimo quae sit Bart. ff. de iurisd. om̄s. iud. & Alciat. in c. 1. nu. 100. ver. prima est, & nu. 107. de offic. ord. & ibi Imol. nu. 16. & Affl. & in proem. confi. Regni, num. 58. & Nic. Ant. Grauat. ad Vestr. in sua pract. lib. 8. c. ultima. nu. 41. vide supra sub nu. 40. ver. similiter ex equi, & infra num. 48. & opinionem canonistarum in delictis mere ecclesiasticis tenuit Decian. in cap. 9. sub num. 121. lib. 4. rerum crimin. & Clar. in § fin. q. 96. versi. quaro etiam, lib. 5. sentent. & Iacob. Sbrozz. in tract. de Vicario episcopi, lib. 2. q. 190. nu. 9. & Ioann. Bapt. Baillard. ad Clar. in dict. § fin. quest. 96. num. 15. vbi ex mente Franc. Pegg. ait, hanc opinionem veram esse ex Doctorū authoritatibus, & ex constitutionibus Summorum Pontificum, quibus definitum est, quod iudices seculares absque remissione processus exequantur sententias latas ab Inquisitoribus contra haereticos,

Sivero crimen non esset in veritate mere ecclesiasticum, secularis posset cognoscere, licet ecclesiasticus pronunciasset tanquam de mere ecclesiastico, vt ait Alciat. in d. cap. 1. num. 103. vbi nu. 104. exemplum affert, de offic. ord. & Decian. loquens in crimine mixto, vt sacrilegio in c. 9. sub num. 121. in fin. lib. 4. rerum crimin.

Cæterum sicuti iudex ecclesiasticus, quoties opus est, potest inuocare brachium seculare pro sua iurisdictione tuenda, vel pro exequenda sententia.

⁴² Ita etiam tūc iudex secularis potest brachium ecclesiasticum implorare aduersus eos, in quos non habet coercionis ius, vt ait Hostiens. in c. 1. sub nu. 5. de offic. ord. & Alberic. in l. episcopale, sub nu. 2. ver. & è conuerso. C. de episc. iud. & ibi Paul. de Castro. nu. 4. ver. allegatur etiam, & Feder. de Senis in confi. 164. super inuocatione, nu. 5. & Alexand. in l. Titia, sub nu. 8. ff. sol. matr. & Natta in confi. 529. nu. 8. & Gail. in obseruat. 115. nu. 8. lib. 2. pract. obseruat. & Martin. de Fano in tract. de brach. secul. imploran. sub num. 19. ver. restat ergo, & Couar. lib. pract. qu. cap. 10 sub num. 1. ver. eadem ratione.

⁴³ Etideo tūc si Imperator non sit negligens, & subditi sunt sibi inobedientes, ita quod non potest facere iustitiam Papa debet eum adiuuare, & domare rebellionem subditorum, vt ait Ias. in confi. 9. arbitror. nu. 2. vol. 3.

Pæterea si Imperator non potest cogere Dukes, & alios eius vasallos propter eorum potentiam ad cauendum inter ipsos de non offendendo, poterit implorare brachium ecclesiasticum, vt ait

Herculan. in tract. de caut. de non offend. cap. 5. sub num. 8.

Adde quod tūc iudex secularis non tenetur prestat auxilium episcopo in criminib. mixtis, vt in sacrilegio, nisi sibi fiat fides de processu, & poterit vt executor cognoscere, vt ait Alciat. in c. 1. nu. 119. ver. secunda conclusio est, de off. ordin. vbiait, hanc esse communem opinionem, quicquid dixerint Angelus, & Salycetus, & Alciatum sequutus est Clar. in §. fi. qu. 96. ver. quaro etiam, in fi. lib. 5. sentent. & Iacob. Sbrozz. in tract. de Vicario episcopi, lib. 2. qu. 190. nu. 8. Vide Decian. in c. 9. nu. 129. lib. 4. rerum crimin. vbiait, quod si iudex secularis suscepit mādatum ecclesiastici, vt exequatur sententiam suam, oportet, quod exequatur uti metus executor, quia iam suscepit mandatum, & intenditiam factum exequi, non de nouo indicare: si vero non suscepit mandatum, tunc forte cognoscere posset.

Subdit tamen Alciat. in d. c. 1. nu. 120. quod quādo iudex ecclesiasticus vult exequi suam sententiam puniendo secundum canones, & simpliciter implorat familiam iudicis secularis, tunc iste non dicitur in aliquo executor, sed solummodo accommodate familiam, & ideo non potest aliquatenus cognoscere, idem tenuit Decian. in c. 9. n. 127. lib. 4. rerum crimin. & dixi supra sub nu. 40. ver. tu dic.

Insuper dico, quod iudex secularis si negligat brachium suum præstare, vt delinquentium audacia reprimatur, iudicis arbitrio punitur, vt ait Menoch. in cas. 452. nu. 3. ver. ita quoq; existimarem, de arbitri. iudic. & Ioannes Segura Daualos in direct. iudic. eccl. fori. c. 13. nu. 32. in 2. par. vbi tamē subdit ex mente Menoch. in loco nuper citato, quod praxis volummodo admisit, vt inobedientes excōmunicatio ne plectatur, donec mandatis Ecclesiaz paruerit.

Et tūc possunt concedi tepræsalia, petito prius, quod fiat iustitia iuxta naturam præsalariorum, vt ait Boss. in tit. de foro compet. sub nu. 91. ver. tertio quod si non exequitur, vbi sub num. 88. ait, alias concessas fuisse contra Mercatores Mediolanenses.

Ad brachium tūc seculare nunquā peruenit, nisi quatuor menses post latam sententiam lapsi fuerint, vt ait Nic. Anton. Grauat. ad Vestr. in sua pract. lib. 8. c. vlt. sub nu. 41. ver. ad quod quidem seculare. quia, vt subdit, tūc quadrimestre regulariter ad soluendum dari condemnatis consuevit, idem dixit Felyn. in c. querenti. n. 2. de off. deleg. & Iacob. in S. Georg. in l. s. debitori, nu. 19. ff. de iudic. vbi numeris seq. limitat hoc dictum septē modis, prout limitat Ias. in l. debitoribus, sub nu. 6. ver. in gloſſu, cum numeris seq. ff. dñe iud. & ibi Alex. num. 9. cum seq.

Et tūc brachium seculare non potest admittere alias exceptiones, nisi eas, quas quilibet executor admittere potest, vt ait Natta in confi. 529. nu. 15. v. mouer etiam, vol. 3. & Gail. in obseruat. 115. num. 9. lib. 1. pract. obseruat. quæ exceptiones, vt subdit, apparent in c. de cætero, de te iud. & dixit Franc. Marc. in decif. 269. sub. nu. 1. ver. & vbi non appareret, in l. par. quod si obijceretur coram iudice seculari aliqua exceptio, quæ sui natura consuevit impedire executionem, tunc poterit se informare, & supercedere, & referre superiori.

Rursus tūc in inuocatione brachij secularis 6. 50. pus est citatione partis aduersæ, vt ait Petr. Bellug. in Speculo Princ. rub. II. §. tractandum, sub nu. 8. in fin. versi. & ideo, & Natta in confi. 519. nu. 14. cum pluri-

Seculari, & Ecclesiastico.

11

pluribus seq. vol. 3. & Gail. in obseruat. 115. sub num. 6. lib. 1. præct. obseruat. & Boss. in tit. de foro compet. nu. 88. ver. & quicquid sit.

Contrarium videtur dicendum, quia iudex secularis potest, atque tenetur ex suo officio concedere brachium seculare, ut supra dixi per Archid. in cap. administratores, sub numer. 3. in verbo, conuenti. 23. q. 5.

51 At tamen in his, quæ potest facere iudex ex officio, non requiritur citatio partis, ut ait post multos Maisfil. in l. de unoquoque, numer. 65. versic. sed teneat. ff. de iud. nisi iudex faceret ad instantiam partis, quia quotiescumque iudex aliquid facit etiam ex officio, sed tamen ad instantiam partis, semper citatio requiritur, ut ait Benintend. in decis. 55. num. 2. ver. sed in talis petitione. Cogita, an istud fundamentum sit verum, cum videris ea, quæ scripsit Anton. Gabr. in tit. de citat. conclus. 1. num. 329. versic. decimo quarto limita.

52 Præterea tamen brachium seculare inuocatur, & conceditur contra contumacem, ut ait Feder. de Senis in consil. 164. super inuocatione, num. 5. ver. cum ergo, & Pet. Foller. in prax. crimin. cano. in verbo, non comparentes, num. 15. versic. item imploratur, & Martinus de Fano. in tract. de brach. secul. imploran. num. 2. 53 versic. quando autem, nisi tamen in casu specialissimo falsitatis commissæ in literis Papæ, nam eo casu brachium seculare implorari, & concedi debet absque eo quod delinquens sit contumax, vel in contrigibilis, ut ait Martinus de Fano. in tract. de brach. secul. imploran. sub num. 2. ver. alias nisi persona.

54 Sed contumax habetur pro præsente ad sui præludicium, ut est rex in auth. quæ in prouincia, ins. C. vbi de crimin. agi oport. & ibi not. Bald. numer. 16. & voluit gl. in l. de unoquoque, in verbo, præsentib. ff. de re iud. & iterū Bald. in l. cū fratre, sub n. 8. sub ver. tu tene. C. de hæc, quib. vt indign. & Innoc. in c. preserea, sub n. 4. sub ver. vel dic melius, de dilat. & Maran in tit. de contum. nu. 28. ver. decima et tertia poena est, in 6. par. de ord. iud.

Et præsens de necessitate non est citandus, vel motendus, ut statim dicam, ergo de necessitate non requiritur citatio in inuocatione brachij secularis, arguendo à primo ad ultimum, quod tamen argumentum validum est in iure, ut ait Euerard. in loco à primo ad ultimum in sua top. legal.

56 Quod autem tamen præsens regulariter non sit citandus, hoc voluit Specular. in tit. de libel. concep. §. 13. num. 16. ver. item dicunt aliqui, & Ioan. And. in c. fin. nu. 4. de elect. in 6. quia ut ipse dicit, cum effetti vocationis sit, ut veniat citatus, ex quo præsens est, cessat citandi necessitas, & hanc partem tenuit quoque Bart. in l. prolatam, n. 7. ver. causa autem cognitio. C. de senten. & Bald. in l. consentaneum, nu. 36. versic. in prima gloss. C. quomodo, & quando iudic. & in l. si accusatoribus, sub num. 13. versic. contrarium est veritas. C. de accusat. & in authen. offeratur, num. 9. versic. venio ad verbum. C. delit. contest. & Ang. in l. & post edictum, num. 5. ver. nota quod iudex. ff. de iud. vbi ait, 57 quod tamen fatuus est iudex, qui habet partem, vel testem in conspectu, & iubet nuncio, ut citer.

Et quod præsens non sit citandus, voluit Mascal. in q. 5. num. 31. de probat. & Alex. in l. de unoquoque, num. 2. versi. item nota. ff. de iud. vbi dixit, hanc esse vetiorem opinionem, & Maisfil. ibi num. 7. ver. modo ulterius, vbi dixit, quod cum citatio fiat solus, ut citatus compareat, ideo si præsens citaretur, ta-

lis citatio nihil operaretur, & frustra expectaretur illud, cuius eventus nihil operaretur, & multos alios allegavit Ant. Gabr. in titu. de citat. conclus. 1. nu. 396. & nu. 398. vbi dixit, hanc opinionem esse non solum communem, sed etiam magis communem, & si aliqui pauci contrarium voluerint.

Et ideo non est mirandum si summus Pontifex fuit alias iratus, eo quod Senatus excellentissimus Mediolani requisitus pro brachio seculari citauit partem, aduersus quam requirebatur brachium seculare, ut narrat Boss. in titu. de foro competen. sub num. 88.

Sciendum præterea est, quod tamen si clericus a. 58. Etot crederet nullo modo posse perueniri ad effectum suæ petitionis nisi cum sanguinis effusione, tunc non est inuocandum brachium seculare, per quod secundum conscientiam petentis perueniretur ad sanguinis effusionem, sed potius res peccata dimittenda est, ut ait Archidiac. in c. Maximianus, sub num. 3. 23. q. 3.

Contrarium tenuit Franc. Marc. in dec. 773. n. 1. & num. 2. in 1. par. dummodo præcedat protestatio clerici petentis brachium seculare ciuiliter, & ad effectus ciuiles, non autem ad pœnam sanguinis.

Illud etiam non adum est in hac materia, quod tamen episcopus debet adiuuare secularē per viam excommunicationis, cognito prius, an inobedientia Reisit animæ præindicialis, & an tale sit delictum, quod illam pœnam mereatur, & eodem modo non procedet ad excommunicationē, nisi præmissa monitione, ut ait Alciat. in c. 1. n. 125. ver. secunda questio est, de offi. ord. & Ias. in l. à diu opio. §. sententiā, n. 18. ff. d. re iud. vbi ait, quod iudex ecclesie. Clericus non exequitur sententiam iudicis secularis, antea quam cognoscat, an sit præindicialis anima.

Et quando dubitaretur in quibus casibus possit iudex secularis impetrare brachium ecclesiasticum, dicit Martinus de Fano in tract. de brach. secul. imploran. n. 21. ver. vnum tamen addo, quod si clericus, vel persona ecclesiastica conueniat laicum sub iudice seculari, & laicus contentus reconueniat personam agentem, cum missus sit in possessionem aduersarij, si iudex secularis velit executioni mandare sententiam possessoriam, & persona ecclesiastica sit inobediens, & resistat, tunc iudex secularis potest ecclesie, seu iudicis ecclesiastici auxilium implorare, dummodo iudex secularis fecerit contra clericū, vel personam ecclesiasticam, quicquid potuit de iure tam in personam, quam in res, ita quod nihil habet facere, ad exemplum iudicis ecclesiastici, qui desiderat brachium seculare, ut in c. cum non ab homine, de iudic.

Nam tamen clericus potest reconueniri coram iudice seculari, ut ait Marant. in 6. distin. princip. iudic. in 4. par. de ordin. iud. vbi dixit, hanc esse magis communem opinionem, quam tamen subdit non procedere in tribus casibus. Primo si reconueniatur de causa spirituali, cuius est incapax iudex secularis. Secundo si reconueniatur de causa criminali, quæ infamia. Tertio si laicus data opera iniuriatur clero, ad hoc ut conuentus coram iudice seculari ibidem eum reconueniat.

Addit etiam, quod tamen si ecclesiasticus non impetrat auxilium seculari, poterit puniri per suum superiorum, ut ait Alciat. in cap. 1. num. 124. de off. ordin.

62. Scias præterea, quod † quando Vicarius, seu officialis episcopi implorat brachium seculare ad vilitatem priuatam partis coram eo litigantibus, debet uti literis requisitoris, non autem præceptoriis sub pena excommunicationis, ut concludit Franc. Marc. in decis. 147. *quar tur quando Vicarium, in 1.par. quem sequitur Hieronym. Giachar. in addit. ad Clar. in §. fina. quæst. 37. in fin. libr. 5. sentent.*
63. Scias insuper, quod † brachium seculare obtentum contra eum, qui primo possidebat, potest exequi contra eius successorem mediatum, vel immediatum, qui lite pendente rem super qualitatem agabatur, emit, absq; nouo processu, ut ait Lancellot. in tract. de attenti. in 1.par. c. 3. de attentat. a tertio, num. 22. verific. hinc videmus.
64. Adde rursus, quod † brachium seculare relaxatum per iudicem à quo pendente appellatio ne per intrusum interposita à sententia in favorem superstitis agentis contra interesses putantes, per audiencem literarum contradictarum lata, non dicitur attentatum, nisi iudicem à quo fuerit inhibitum, ut ait idem Lancellot. in tract. de attenti. in 2.par. c. 12. limit. 51. num. 2. & num. 4. ubi num. 5. ampliat hoc dictum.
65. An autem † ad superiorem iudicis inuocantis auxilium, an vero ad superiorem iudicis auxilium præbentis, appellari debeat, si pars appellare velit? vide Austrer. ad Capel. Tholos. in decis. 412. sub num. 3. ver. quid autem in exequendo, ubi ait ex mente Bartoli, quod aut iudex præstat auxilium facti, puta concedendo primo iudici familiam, milites, & similia, & tunc ad superiorem requirentis auxiliū appellabitur, qd ipse primus iudex est ille, qui laedit ministerio alteri, merito ab eo appellabitur ad suū superiorem. Aut præstat auxilium iuris, putat excommunicando, interdicendo, vel iurisdictionem denegando, & tunc ad superiorem iudicis auxilium præbentis appellabitur, quia actus ipsius iudicis auxilium præstantis, est ille, quilibet, & ideo ab ipso appellatur ad suum superiorem.
- Addit Abbas quoad hoc secundum membrum distinctionis, quod potest etiam appellari à primo iudice ad suum superiorem, quia etiam ipse met grauam implorando iniuste auxilium iuris, nā † qui causam damni, vel excessus dat, damnum dedisse videtur. cap. fin. de iniur. & damno dato. l. qui 66 occidit. S. in hac ff. ad leg. aquil. cum aliis similibus ad ductis ibi à gloss. in verbo, fecisse videtur, prout sic scriptum reliquit in cap. quod ad consultationem, sub num. 29. dere iud. & sequitur Ias. comprobando Abbatis opinionem in l. à Dino pio. S. sententiam, nu. 20. ver. quinto quarit. ff. eo.

Forma † implorationis brachij secularis habetur apud Petr. Foller. in praxi crim. cano, in verbo, 67 non comparentes, numer. 68, & apud Jacob. Sbrozz. remissive in tract. de vicario episcopi, quæst. 190. num. 2. li. 2. & breviorem formam, seu practicam ponit Anton. Mass. Gales. in tract. de form. cam. oblig. in tit. de processu. S. dato igitur instrumento, num. 55.

Cæterea, que omissa sunt, videto penes Doctores in locis supra citatis.

SEQVVNTVR DIVERSORUM IURISCONSULTORUM MISCELLANEA.

GERMANORVM

EX DECISIONIBVS

Adriani Gilmanni Lib. 2. decis. 58.

Qui Fundamentum Brachij proponit,
In causa W. contra Z. Inuocationis brachij secularis.

S V M M A R I A.

- 1 Ecclesiastica potestas ubique deficit recurrit ad brachium seculare. Quod extenditur. num. 2. Hoc tamen quando demum obtineat. num. 3.
- 4 Brachium seculare quo casu recte inuocari possit.
- 5 Iudex secularis quando non tenetur impetriri brachium suum.
- 6 Brachium seculare, quando imploratur, tunc mandatum, non sine clausula decernuntur in Camera.

SVbmissum est super cassatione mandatiemati nati in Camera, pro executione sententiae iudicis ecclesiastici per implorationem brachii secularis, ad cuius submissionis decisionem videndum erit principaliter: Primo; An recte decretum sit mandatum. Secundo, casu quo sic; An causæ allegatae, quare non relevantes sint, quare iterum cassari debeat? Ad primum quod attinet, dubium non est, quin iudex ecclesiasticus pro executione suæ sententiae implorare possit brachium seculare, & quod iudex secularis teneatur illud ecclesiastæ impetriri, per text. in cap. 1. & ibi Abb. num. 5. & II. & communiter Dd. Extra. de offic. ordin. cap. quoniam eod. tit. c. 2. de maledic. c. nec licuit. 17. dist. vbi gloss. Quod ubique deficit ecclesiastica potestas, recurrirunt † ad brachium seculare, text. in cap. 2. de Cler. excom. Marant. in suo Speculo. disput. 1. numer. 26. & seq. In tantum, quod si iudex secularis denegat † potest excommunicari, text. & ibi gloss. in d. ca. quoniam, de offic. ord. tex. cum gl. in d. c. non licuit. 17. dist. c. 2. & ibi gl. de Maled. cap. administratores. 23. q. 5.

Sed hæc tum demum locum habent & procedunt, quando iudex Ecclesiasticus † facit quicquid potuit, & non habet ultra quod faciat, alias secus. Ita limitat & declarat Oldrad. consil. 89. nu. 5. ponderat ad hoc omnia iura, loquentia de brachio, quod loquantur limitative, si necesse fuerit, si opus fuerit, &c. Circa quæ defetum nullum in casu nostro reperio.

Nam per acta constat, iudicem omnia fecisse quæ potuit, excommunicando, aggrauando, reaggrauando, &c. Et clare ex iisdem actis liquet, à citatis suam iurisdictionem contemni, quo casu † brachiū seculare omnino inuocari potest. Pet. 4 de Anch. c. postulasti. de homicid.

Sed cum iudex secularis † non teneatur brachium suum impetriri, si videt casum, super quo auxiliu ipsius imploratur, esse iniustum, per notata Oldrad. d. consil. 89. num. 3. & 4. Marant. supra dict. loco. decernuntur hic mandata in Camera † cū, non

non sine clausula, ad implorationem Iudicis Ecclesiastici, uti hoc nostrum mandatum est, unde legitimæ exceptiones in termino reproductionis admittuntur.

EX CONSILIIS

ERNESTI COTHMANNI IN CONSIL.
Academ. 7. num. 3. & sequentibus, de viciniis
Remedii.

Certi iuris est, vel ob diuersas iurisditiones, vel ob defectum iurisditionis, vel ob limitatas iurisditiones, vel ob personarum qualitates, vel ob apparitorum in opiam, iudicem unum alterius manum & auxilium iuste implorare, & rogatum iudicem imploranti opem ferre & subuenire oportere, & nisi id faciat, grauiter eum delinquere, & seuerere puniendum, atq; adeo excommunicandum esse, l. epist. C. de episcopali audient. ca. si vero quis. 5. Nouel. 134. vt nulli iudiciceat haber. doc. serv. auctor. elem. pastoralis. §. nos quoque. Extr. de senten. & re iudicat. c. 1. §. contrahentes. extr. de for. comp. nu. 6. Oldr. consil. 83. nu. 1. glo. & interp. in l. pen. & l. vlt. D. iuris. Barthol. Soci. confi. 67. nu. 20. vol. 2. Andr. Gail. obseru. 5. nu. 5. & obseru. 115. nu. 1. lib. 1. Ioan. Tileman. in confit. Imp. paralip. pag. 14. & seq. Et hec literæ, quibus index unus iudicis alterius auxilium inuocat, Justiniano dicuntur publicæ, d. nouel. 134. aliquando dicantur literæ requisitoriae, Petr. Rebuff. tom. 2. tract. delit. requisitor. Itemque literæ subsidiales. Andr. Gail. de pac. publ. c. 17. nu. 38. vel rectius subsidiarie, aliquando, literæ rogatoriae, Petr. Rebuff. tom. 2. tract. de lit. requisit. aliquando & præsertim in foro nominantur literæ mutui compassus, Vl. dric. Zaf. in paratit. D. de iuris. nu. 21. & in l. à dno Pio. §. 1. num. 4. D. de re iudicat. Hartm. ab Eppingen obseru. lib. 21. tit. 1. obs. 6.

EX TRACTATV PETRI
Frideri Mindani de processib. in Came-
ra extrahend. libr. 2. De Mandat.
Jud. cap. 65. numer. 5.
& seq.

Porro pro obtinenda executione, non tantum executorialibus opus est literis, mandatis & processibus, sed non raro etiam requisitionibus, quas in duplo i differentia constituo; vel enim fiunt per inuocationem brachij secularis, vel requisitionem, aut inuocationem iudicis terrij. Brachium secularis clericus implorat, à Camera, ab Imperatore, vel à proximo superiore magistratu, quando contra victimum contumacem omnia fecit que potuit, censuras ecclesiasticas distingendo, quas nihilominus ille obstinate flocci facit, & alpernatur: tunc enim imploratus iudex secularis contra partem victimam & contumacem mandata executoria dignosq; processus decernit: Idq; sine clausula, prout in Camera fieri solet, sub pena pecuniaria, cum annexa citatione ad docendum, videndumve in penas declarari, aut ad allegandum causas quare declarati non debeat: possunt

enim legitimæ exceptiones contra inuocationem opponi, quibus execuſio retardatur, quæ autem & quales exceptiones contra execuſionem opponantur, vide remissive Gail. d. obs. 113. nu. 5. & singulariter obs. 115. num. 4. An autem omissio medio iudice, omnium superior Camera, vel imperator, inuocari possit, quæſitum quoque est, & quæuis c. cum veram 96. dist. cap. principes. 23. q. 5. & similes textus indistincte loquentes, iuxta genetalem iuris rationem intelligendi meritò sint, quod gradatim inuocatio facienda: tamen hoc in Camera non obſertiatum notat Gail. d. obs. 115. num. 9.

An vero solus iudex ecclesiasticus, qui iudicavit & quidem ordinarius, vel & delegatus, aut etiam ipsa pars pro qua iudicatum est, auxilium iudicis secularis recte inuocet? Et delegatum tunc deum recte siunt inuocare, si fidem seculari faciat, de sua delegatione & competentia Del. vt ap. Gail. d. obs. num. fin. Sed quoniam delegatus executionem non habet, & simulatque iudicauit sive bene sive male, functus est officio, omnisiq; eius iurisdictio finita est, text. in l. si vt prop. 4. & ibi Barth. C. quom. & quand. iud. c. in literis c. quarenti. de effi. deleg. & ibid. Felin. & c. cōsequens esse videtur, vt neque delegatus, multo minus pars ipsa brachium secularis possit inuocare, nisi singulare ipsi ordinatio, qui ex equi debeat, mandatum sit concessum: Ecce quoq; hoc consideratum in causa Wendorfholdt/contre Halberstadt 25. Jun. anno 86. quamvis delegatum Papæ, & Principis recte magistratum secularis pro execuenda sententia requirere dicunt per c. sane, 2. c. significasti de offic. deleg. c. pastoralis. §. præterea & ibi not. de offic. ord. Mynsing. repons. 6. num. 6.

An etiam brachium secularis recte imploretur & impartiatur pro execuione sententia, de cuius cognitione laicus intromittere se non potest? Et hoc similiter in eadem causa Halberstadensi motum est. Quidam generaliter tenebant, præiudicia, in quibus Camera auxilium ab ecclesiasticis imploratum est, accipienda esse eo casu, quando cognitio quoque seculari competit, ratione sententia & iudicis illius, qui brachium inuocavit. Iam autem extenore instrumenti, copiaque sententia declaratoria, cuius potissimum execuſio virgetur, constare, causam esse mere spiritualem, de collatione præpositoriæ ecclesiæ H. alberstadensis, & non ipsum iudicem executionem sententia, quæ principaliter in restitutione præpositoriæ confisteret, vrgere, sed potius quod ipsa pars brachium inuocet: tum iudicem ecclesiasticum, qui sententiam tulerit, esse plane extraneum, ab imperio, ad cuius etiam mores & constitutionem nullatenus pateretur se astripi: qui in sententia longe extra limites imperij dicta, tali quoq; usus fundamento sit, quod in imperio, stante Religions pacificatione, sustineri non posset. Vnde etiā executoriales denegatae. Verum quatenus Executor, de Exceptionibus contrasentiam eiusque execuſionem opposuit, deque ipsa causa cognoscere possit, passim tractatur apud Doctores. vid. Mynsing. ref. 6. nu. 13. & sequentib. & cent. 3. obs. 69. Gail. 1. obs. 113. nu. 6. & sequentib. sed omnium latissime plenaque manu hanc quæſtionem, quando datus executor de causa cognoscere possit, persegitur Menoch. de arbitrar. jud. quæſt. quæſt. 38.

EX TRACTATV

I. Christiani Lubenthal, de Regimine Ecclesiastico,

CONCLVS. III.

De mixtis causis & rebus nonnulla ad usum Germanie hanc ratione facientia tradit.

III. Vædam causæ spirituales dicuntur milxtæ, propterea quod præter spiritualem causam etiam negotium ciuile annexuta habeat. Sic Matrimonium, quamvis quoad institutionem & mysterium Ecclesiæ sit res spiritualis: interim tamen ratione formæ, quatenus in contensu & contractu perpetuæ habitationis consistit, est res secularis.

2. MATTHÆVS STEPHANVS
in Tractatu de Iurisdictione inter alia hac
tradit cap. 14. p. 1. lib. 3.

Icet etiam Episcopo & Iudici Ecclesiastico implorate brachium seculare, ca. 1. §. fin. de offic. ordin. & ca. quoniam. de offic. ordin. c. Principes. 23. q. 5. c. cum ad verbum. 69. dist. c. 2. de maledic. Si ille sententiam latam exequi non possit. Nihil enim aliud est implorate brachium seculare, quam implorare, siue rogate iudicem, ut adiuuet exequirite a se laoram sententiam, Matth. in tract. de iuris d. p. 1. c. 49. & 50. cum 2. seqq. Origo autem brachijs secularis iuri Canonico tantum adscribitur, cum nulquam in iure Ciuiili brachijs in ea significatione mentio fiat. Duplex autem brachium, canonistæ communiter tradunt; Ecclesiasticum & seculare: illud dextrum, hoc sinistrum vocant: Illud, cum Ecclesiasticus secularem; hoc, cum secularis Ecclesiasticum iudicem siue magistratum pro facienda executione latæ sententiæ roget siue interpellat, Ruter Ruland in tract. de vitroque brachio c. 4. num. 1. Et quidem iura Ciuiilia, recte statuerunt, vnum magistratum alteri manum suppeditare, vnamq; per aliam adiuuari debere, l. 2. C. de bis qui latro. Idque maxime circa executionem, ne scilicet sententia iuste lata reddatur elusoria ob defectum iurisdictionis in exequendo, atque ita executio differatur & frustretur. contra l. si Prætor ff. de iudic. c. commissa §. porro. de elect. in 6. Blarer. in l. Diffamari s. c. II. sub nu. 2. l. circa med. C. de ingen. & manum. Et quod vnius territorij iudex alterius iudicis sententiaz executionem rogatus, seu in subsidium iuris requisitus, executionem ceteris paribus facere tenetur, tradit Colerus, de process. execut. part. 2. cap. 3. nu. 18. Schuff. cent. 1. resp. 33. per tot. Myns. resp. 6. nu. 3. & seqq. Quod ipsum quoque secuti sunt Canones, vt qui ad Exemplum iuris Ciuilis brachium seculare implorandum duxerunt necessarium, text. in c. nec licuit 4. dist. 17. c. principes 23. q. 5. c. administratores 26. caus. 23. q. 5. c. quoniam 14. de offic. iud. ord. c. statutum 2. in fin. ibi, per temporalem de maledic. cap. se quis. 2. de Cler. excomm. cap. dilectio. in fin. de sentent. excomm. Vbi habetur, quod iurisdictione Ecclesiastica & secularis, suadente necessitate, sibi ad invicem suffragari, & in iuuamen alterius subuentione

mutua frequentius exerceri. Et quod iudex laicus sententiam iudicis Ecclesiastici ad requisitionem executioni mandare teneatur, patet ex notat. à Gall. 1. obs. 115. Menoch. de arb. iud. quæst. casu. 452. n. 4. & deret in poss. remed. 3. nu. 359. & seq. Bapt. Alsin. in praxi Floren. §. 3. l. c. i. ampliar. 15. Myns. d. resp. 6. nu. 4. Cauarr. tract. quæst. c. 10. Specula. tit. de execut. §. 2. & intu. de iudic. delegato §. sequitur. Roland. à Valie conf. 65. vol. I. Natta conf. 30. Lanfranc. de Otian. ad Clement. dispendiosam. numer. 9. de iudic. Caualcan. de Brach. regio. p. 4. num. 267. & seq. Farinac. quæst. crimin. de inquisit. lib. 1. tit. 1. quæst. 7. Paris de Puteo in tract. de Syndic. verb. brachium. Marta in tract. de iuris d. dd. locis. Quin itaque Ecclesiastico iudici licet inuocare brachium seculare, dubitari non debet; quod late refutatis contrariis probat Ruter Ruland. d. tract. cap. 1. per tot. Vti & in Camera Imperiali videmus, Ecclesiasticos Iudices per literas compassus requiri, vt bannitum Ecclesiastica censura costringant, referente Blarer. in d. l. Diffamari c. II. sub num. 21. Nec dicidebet, Clericos esse maiores laicos, adeo q; Ecclesiasticum non cogi iuicare. iudex namq; secularis non est inferior, maxime in processu, sed par iudici Ecclesiastico, secundum Panorm. quem allegat Ruland. d. loc. c. 4. num. 18. vbi addit; id psūm obseruatum in Camera Imperiali in causa Braunschweig contra Hilsdeshemib Episcopum. Quin & ipsi Canonistæ dicunt, illos teneri iuuare; sed non posse cogi: Quid si vero is, qui teneat, cogi non possit: Cum omnis obligatio subsit actioni & exactioni; in pr. Inslit. de obligat. Sic conit, Ecclesiasticum Iudicem posse secularem excommunicatione, ad auxilium sibi praestandum, compellere, Alciat. in c. perniciosem, de offic. ordin. Soater. in recept. sent. lit. C. Myns. d. conf. 6. num. 3. Et quod iudex laicus brachium denegans, iudicis arbitrio puniri valeat; scriptit Menochius de arb. iud. quæst. casu. 452. Welenb. conf. 96. num. 42. Quidni ergo itidem etiam tenerentur Ecclesiastici, ne iustitia ab una parte claudicare videatur.

EX DISPUTATIONIBVS,
seu conclusionibus Theodorici
Reinking de Brachio Ecclesiastico & seculari.

I. DE ORIGINE, DESCRIPTIONE
& diuisione num. 1. & seq.

CVM omnia vocabula, ex vsu æstimanda: quæ Brachii in negotijs huius terminis sit significatio, cuius prima fonte obvium esse posse nullus dubito; cum subiecta materia verborum amissis & canon sit indubitatus, rebus ex debito, verbis ex vsu utimur beneficio, inquit Watemund. ab Ehrenberg. lib. 1. defeder. c. 1. n. 15. Quam obrem imp. etiam atrum de vocabuli huius significatione & applicatione non multum desudabo. Nam Poeta teste: Turpe est difficiles habere nugas. Et stultus labor est ineptiarum.

Brachium in hoc negotio, mihi est, potestas ordinata à Deo, vt melius sit generi humano.

Brachium hoc circa duo occupatur, regionem
vide ill.

Miscell. de Inuoc. brachii.

15

videlicet & religionem: vnde vel seculare vel Ecclesiasticum est, prout circa secularia vel Ecclesiastica occupatur.

Causa efficiens utrusq; Deus est; ideoque ordinatae esse potestatem à Deo dixi. Prius itaque de seculari (non ut dignitatis sed arbitrii methodum sequar) deinde Ecclesiastico.

Seculare Brachium est ordinatio Dei, ad tuendum bonum & pellendum malum politicum. Per me, inquit sapientia, reges regnant & Principes dominantur. Virtus hæc est ab Altissimo Sap. 6. ver. 4. ministerium Del in terris expediens vers. 5. Rom. 13. ver. 2. & 4. Vnde Iustinian. Imp. à cœlesti Maiestate imperium sibi traditum afferit l. i. C. de ver. iur. encl.

DE PERSONIS BRACHIVM SECUNDARE EXERCENTIBUS CONCLUSIONE 14.

PERSONÆ, Brachium seculare exercentes, sunt, Magistratus, quorum non eadem omnium est ratio. Quidam enim summam habent potestam, & absolutam; quidam subordinatam, quidam ordinariam, quidam extraordinariam.

Summa & absoluta potestas primo, & secundum excellentiam, competit Imperatori Romano, qui summa rerū potitur à primo Iulio, Thom. Michael de iurisd. conclus. 1. qui tanquam stella matutina eminet inter omnes Reges, Bald. in §. si. nu. 2. 4. de prohib. feud. alien. per Frider. quem cœlestis Imperator cum adhuc in matris vtero clausus, terræ Monarcham agnouit, eique censem, non solum non denegauit Luc. 2. sed & dare iussit, Matth. 22. vers. 21. Auctor de iure Principat. Conclus. 83. cui tanquam orbis Christiani capiti in Aur. Bull. Carol. IV. cap. 2. pra alii regibus debetur præminentia, nulliq; Principi tantam deberi Maiestatem quam Imperatori, dicit Purpur. int. quicunque nu. 116. de offic. eius cui mand. idque multis rationibus. 1. ratione Antiquitatis: Quo enim quid antiquius, eo censetur in dignitatis ordine & suo genere nobilis. Nullum autem hodie in universo orbe regnum est vetustius imperio, cuius origo ex Troiano pullulavit excidio, iuxta Iunonem apud Virgil. 1. Æ eid.

Certe bini Romanos olim voluerunt annis,
Hinc fore ductores reuocato à sanguine Teucri
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent
Pollicitus:

Et paulo post

His ego nec metas rerum, nec tempora pono
Imperium sine fine dedi

Mecum souabit

Romanos rerum Dominos gentemq; togatam.

Vid. Valent. Forster. libr. 1. hist. Roman. cap. 2. 2. Ratione Amplitudinis, cui nullum olim regnum comparari potuit, licet hodie, siue fato, siue temporis iniuria, cuncta abligantur & sub caducitatis iugum trahentis, siue tot Barbarorum incursionibus & intestinis dissidiis Amplitudo eius coangusturi, & auctoritatis eius acies non mediocriter hebescere coepit. Dignitas tamen semel acquisita non una periit. 3. Ratione taciti consensus omnium regum, qui ad Imperij Romani fastigium tanquam summum honoris culmen,

anhelarunt, & vltro ei primum dignitatis ordinem detulerunt. 4. Id velab Aduersarij, hæreditarij scilicet Christiani nominis hostis, Tuscæ testimonio apparet, qui præminentiam Imperatori præ omnibus aliis, in titulo, styllo vñtrato defert. In sequenti formula: Auf den Potentaten Jesu der fürnembste vnd zwischen dem Geschlechte Jesu erwehlter fürnemster Herr alker Christliche Völcker / ein Versorger vnd Administrator der Gerechtigkeit/ vñser Nachbar vnd guter Freund/ Matthias Cæsar, &c. cuius copiam vide in reket. continuat. hist. Jacob. Franci, de Anno 1614. pag. mihi 56. quod etiam ex aliis vetustis scriptoribus probat Arnis. libr. 1. de iur. Maiest. cap. 4. nu. 1. Hoc ipsum Philippus bellicosus Hassia Landgravius, intersingularia commoda, quæ Carolum V. eximperio habere Granuello obiciebat, reputabat, quod scilicet Imperium ipsi auctoritatem supra omnes reges conciliaret. Sleidan. libr. 17. Hinc etiam Equites & Nobiles ab Imperatore creatos, aliis eiusdem ordinis à regibus creatis preferri, restatur Petr. Calef. in eleg. suo tractat. de equest. dignit. nu. 4. 4. videamus. 5. Multorum regum creator Imperatore exitit. Henricus V. Imperator Vratislaum Ducem Bohemiæ regio titulo exornauit. Dubr. libr. 9. Otto III. Boleslao acri Poloniæ Principi summa regij culminis axiomata donauit Peuzer. 4. Chron. Frideric. I. Petrum Daniæ Ducem ad Regij honoris fastigium euexit, vnde non immerito creator maior erit vel dignior sua creatura.

Ab hoc tanquam fonte Augusto, reliquorum omnium in orbe Romano regnantium potestas, pullular, profluit & promanat per concessiones, inuestituras, confirmationes & commissiones Paurmeister. libr. 2. de iurisd. c. 4. nu. 22. Ad eundemque per Appellationes, Nullitates & Querelas, tanquam ad Oceanum refluit & recurrit Thom. Michael, de concl. 1. lit. c. ex Bald. Angel. Pacian. & aliis. Vnde & absoluta appellatur, eius Potestas, tanquam in se reuoluta, à nemine nisi à Deo, & ad neminem nisi eundem se referens. Quare recte Iustinian. Imper. inquit: hanc nos gratiam Deo referendam putamus, qui imperii nobis coronam imposuit. Nou. 2. c. 4. in fin. Huius enim gratia reges regnant. add. c. si Imperator 1. cum ad verum dis. 96.

Hactenus de Brachio, quatenus circa regionē versatur, restat etiam videre, quatenus circa religionem occupatur, quod Ecclesiasticum appellatur.

Brachium Ecclesiasticum consistit vel in ipsis rebus diuinis, vel in cura & prouisione rerum ac personarum ad Ecclesiam & personas Ecclesiasticas pertinentium. Illud proprie potestas Ecclesiastica: Hoc potestas circa Ecclesiastica dici potest.

Potestas circa Ecclesiastica, respicit religionis introductionem, & introducitæ consuetuationem ac protectionem, Hænon. dis. Politic. 5. th. 40. Romani olim religionem & sacra sua loco instrumenti habuerunt, ad conseruandum statum Reipub. Rittershus. in Nouell. p. 1. c. 1. nu. 4. Numa religionibus & iure diuino populum deuinxit, effectique ut fides & iusurandum civitatem melius, quam legum pœnarumque metus regeret, ut ait Tacit. libr. 3. Annal. Quibus enim Dei assidus insidet

b 2

metus,

metus, illi & serio iussa Magistratum exaudiunt, nec se mutuo nec alios fallunt, pacta fidemq; studiose obseruant. Arnis. Lib. 1. de iur. Maiest. cap. 6. nu. 3. Nobis autem, quibus melior Divinæ veritatis circa præcordia illuxit splendor, certum est, a- lium religionis scopum esse Principalem, & non tam publicum reipub. conseruandæ instrumen- tum, quam animarum salutis æternæ, quæ nobis eluxit de Sion, & quam filius, qui exiuit de sinu patris enarravit nobis. Iohann. 3. Rittershul. d. cap. 1. num. 5. Potestas circa Ecclesiastica ad Magis- tratum pertinet, qui custos esse debet utriusq; tabu- lae. Certum enim est, Ecclesiam esse in reipub. non vero Rempub. in Ecclesia, arg. Nou. 3. 5. 6. ibi. & aliis. Vnde reges nutricij, reginæ vero Nutrices Ec- clesiæ appellantur Esaia 49. ad ædificandos mu- ros eius, Esaia 60.

EXEMPLA CAMERALIA.

VT aliarum nobilissimarum & non vbiq; ob- viarum materiarum, exempla; ita & huius exhibet, Christianus Barth. Adfessor in augustiss. Cam. Imperial. sentent: part. 3. Anni 1559. lit. F. Et Anni 1543. diuersis in Locis:

Definunt Germani.

GALLORVM.

E Commentariis, ad ius Canonico- cum: Quintini Hedui D. & Profes- soris Ordinarii Lutetiæ in Anale- ctis in Tit. de verb. signif. cap.

27. Nouimus.

I. SECVLARES NON ESSE DEBERE FA-
ciles in corrigendis Clericis. 2. Nes nisi primo sint remoti vel
suspensi 3. Et Grande Crimen adsit, & quid sit
enorme delictum 4. & de verbis Po-
testatis, & secularis.

Clericus hoc ritu curiæ seculari traditur. Ab ecclesiastico foro proicitur ab ecclesia degradatus coram seculari potestate: cui denuncia- tur ut in suum forum recipiat degradatum. Pro quo tamen intercedet ecclesia precibus quam poterit efficacibus, ut citra mortis periculum iude- dex eum sententiam moderetur.

Vetus illud est in diuinis oraculis, Nolite tan- gerre Christos meos. Psalm. 104. Christos appellans, in- ibi, expositore Augustino, sanctos patres electos à Deo, ut sibi ministrarent in vera religione, quæ ne Accusatio quidem ignota est expositio ad verb. degeneri, Psalmū illum citanti, & exponenti Chri- stos, id est, sacerdotes, qui lege Dei defenduntur, propterea sancti sunt. auth. de non alien. &c. §. vult illa. Nocentes etiam & peruersos tangere formida- bant, si damnum, delictum, vel iniuriam aliter vitare poterant. Saul iniquus, & malo agitatus spiritu, in quem tamen non est ausus manus iniijcere David, inquitens. Quis enim extendet manum suam in Christum Domini, & innocens erit? I. Regum. 26. de quo rursus, Quare non timuisti

mittere manum tuam ut occides Christum domini? Xḡis̄ græcis vñctum significat. Vnctio vero re- gum sacerdotumque dignitati communis est. sup. de sacra vñct. Conuenienter per Christos intelligimus sacris addicatos & deuotos clericos. Deprom- ptum hinc videri potest illud Innocentij secundi decretum, si quis suadente 17. quast. 4. & quod more maiorum statutum cognoscimus de clericorum degradatione. Iudices suos Iustinianus noluit in presbyteros & sacerdotes admouere manus, nisi prius ab officio & dignitate sacerdotali separa- rentur. Auth. vt clerici apud propri. episc. §. Illud palam est. & auth. de sanctiss. episc. §. si vero crimen. In his, dum delinquunt, puniendis, ordo seruandus est, ut primo corripiantur, deinde coercentur. quod si plagiis incortigibiles non emendentur, hos o- portet in istuto veterum canonum per seculares opprimi potestates. Sed & criminis enormitas facit ut statim clericus degradetur, & curiæ tra- datur seculari. can. Nu licuit. 17. dist. 3. q. 4. can. Cleri- cus. 11. q. 1. can. si quis sacerdotum. can. forte. 23. q. 4. cap. Quum non ab homine sup. de audi. Qui commeritus pœnam debitam vitat, nec impositam patitur, ac saepius in crimen relabitur, vere est incorrigibilis, (vt hæc obiter exponam) contumax & rebellis, nec amplius inter Christi fideles habendus. can. si qui sunt presbyteri. 81. dist. Imperatoria lex est, qua statuit, ut remissionem venia crima nisi semel commissa non habeant: indigni sunt alii, qui im- punitatem veteris admissi, non emendationi potius quam consuetudini deputarunt. l. 3. C. de episc. audi. Enorme & imen accipio graue, grande, mag- num, quod Romanis appellatur atrox facinus. Hoc autem determinant ac definiunt aut perso- na, aut tempore, aut re ipsa fieri. l. Prætor edixit. §. Atrocem. ff. de iniur. Inst. de iniur. §. atrox. Vnde quod sit enorme crimen, vel atrox facinus, arbitrio iu- dicis est relatum. Propter incorrigibilitatem, & criminis atrocitatem clericus degradatus seculari curiæ traditur. Crediderunt aliqui tum demū degradatu ab episcopo tradi curiæ seculari, quan- do iubet hunc Episcopus per suos ad ipsum re- gium iudicem duci: quum traditio factum notet, nec verbottenus accipiat. l. si rem tradi. ff. de verb. oblig. Longe alius ritus, id est, mos & consuetudo tradendi seu relinquendi secularium potestatum iudicio viros ecclesiasticos, hic describitur. Verbalistantum fit traditio, quod ostendit hæc litera. Pro cuius vera explicatione sciendum est, quinq; significaciones huius vocis potestas, à Pau- lo traditas in l. Poteſſari. ff. hoc rit. quorum prima duntaxat huic proposito conuenit. Potestas est in magistratibus, & significat imperium quod gerunt, & autoritatem quam in eos habent in quos exercent iurisdictionem. Accipitur & potestas pro magistratibus ipsis qui potestatem gerunt in alios. l. 2. de execut. & exact. lib. 1. 2. C. Apparitor illu- strium potestatum, id est magistratum, praedium, in- dicum. Apud Vlp. pignora capi iussa potestatis. Et apud Modestin. Fideiſſor impetravit à poteste- te. l. fideiſſor. de pign. l. 3. de rebus eorum &c. qua in significatione vocem non semel vñſi pant ecclesiasti. Quod monui, quia canonisticam loquitionem credidere quidam, quum iudices qui sunt in magistratu, & potestatem superalios habent, appellamus potestates, ut hic, & alibi frequenter,

Potestas.

Potestas secularis. Qui locus admonet etiam de seculi verbo, per quam inter nos trito. Seculum pro tempore quo viuimus, & quo sumus in humanis, accipiunt etiam Latini, scilicet pro cursu temporis, ætatis, & vitæ nostræ. Spacium vitæ humanæ longissimum, partu & morte definitum, Cesarinus ait. Legi ut apud Ciceronem, *In huius errore seculi versari, & insolentia seculi.* Mundus pariter in sacris & euangelicis literis seculum dicitur. Seculo duntaxat, id est, vita mundique negotiis intenti vocantur seculares (Alioqui Latinis seculare dicitur, quod certesimo quoquo anno instauratur, vt ludi seculares Horatio: & Festo seculum, annorum centum spaciū) Hieronymus latinus iuxta ac sanctus ecclesiz Doctor, Augustinus, cæterique omnes in illo priore significatu capiunt. Inde seculares pro mundanis, Ereditio quam nos secularem, illi autem liberalem vocant, ait Augustinus *cap. 2. libr. 6. de civitate Dei.* Et in libris nostris persæpe curia secularis (euriam, quod & nos vulgo, pro Senatu & loco publici Consilij Cicero cepit) potestas secularis. Contra sacerdos Deo dicatus, hoc est, ad obsequium specialiter datus, abnegatis, quod oportet, secularibus desideriis, iam non est secularis, nuncupatur ecclesiasticus, ordinis inter Christianos (quorum duo sunt genera) penitus diuersican. Duo sunt. 12. quest. i: Ab hoc autem gradu qui deploratur, vocabulo nobis peculiari degradatus dicitur: quemadmodum priscis Depontani senes appellabantur, autore Festo, qui de ponte deiiciebantur. Gradatus apud utrumque Plinium legitur, id est, formatus in gradus. Gradatio figura rhetoribus familiarissima. Degradatio non auditum nisi inter nos verbum, quia in usitatum, indiget expositionis aliquantula.

EX TRACTATIBVS Ecclesiasticis.

RENATVS CHOPPINVS, IN SACRA
Politia. De mutuis vtriusq; potestatis officiis,
in Proæmio.

CV M multa diuinities ad Civilem societatem tuendam instituta sunt à Principibus Christianis: tum nihil præclarus, quam quod has duas res paribus inuicem studijs coli voluerunt, & Dei immortalis Religionem, & Iustitiam Politicam: quæ habent commune aliquid vinculum, ac cognatione veluti quadam inter se continentur. Non modo enim distinctis operis Pontifices, Religionem interpretando, Magistratus iura dicendo, Rempub. conseruant: sed mutua quoque alter ab altero subidia rerum gerendarum petere consuevit.

NAM (vt à Sacerdotibus ordiamur.) Hieremias pius vates monebat populum, haud dubie Numinis instinctu, vt pro Regis sui salute preces votaque effunderet. Daniel item interpres Diuum deflebat ærumnas Iudaicæ Reipub. edebatque grauissimas conciones de futuris Principatum, vel horum conuersionibus, vel illorum euerionibus. Similiter apud Babilonios, Eze-

chiel hæc leuiori angebat reparandum Vrbis citra, quam Ecclesiæ restituendæ. Ex quo sollicitos de Politiis mortalium sacros Vates possis agnoscere. Eadem quippe in Patriam propensa voluntate, Zacharias *Prophætus* urgebat peræque Ciuitatis, vt Aggæus Templi instaurationem: Christi dehinc temporibus, commendati sunt à B. Paulo Ecclesiasticis preerbis Ciuiiles Gouvernatores, vt sub eorum Ditione piam ducamus vitam ac tranquillam. Tunc enim conuenientes de more protochristiani, superos orabant pro incolumitate Romani Imperij, pro Cæsaturni ministris, & Potestatibus seculi, pro terrum quiete, pro mora finis. Ut Tertulliani verbis utar, in Apologeticō aduersus gentes. Eoque spectarunt Christianorum coitiones illæ antelucanæ, nocturnæ ve cœtus, quas Plinius Hæterias Græco vocabulo appellat, in Epistola ad Traianum, Christiani dogmatis de moribus ciuilibus probatrixe. *libr. 10. Epist.* Hunc adeo ritum consecutari visa est posterior ætas, sumpto Agathensis Synodi exordio ab imploranda Christi Servatoris ope pro vita Principis Romani, eiusque Imperio cœlestibus auspiciis adaugendo. Ariminensis nec non Concilij primates libello professi sunt ad Constantium Cælarem scripto, Episcoporum functionem versari in supplicationibus Numini habendis sanctisque Martyribus, ad pacem Populis, incolatum Augustis vitam exorandam. Ut est apud Theodoritum Cyropolis Medorum Aatistitem Hist. Ecclesiast. lib. 2. c. 19. & 20. Quid nomine etiam Constantius gloriati solebat, crebro expertus Rempub. firmius Religione, quam officiis corporisq; labore contineri. In Cod. Theodosiano, de Episc. Cler. Nec dissimili argumento Athenagoras Christianus Philosophus Aurelio Antonino tenet, ac L. Aurelio Commodo Cæs. solennia vota concipi à Christianis indies, hymnosque in Numin concini pro illorum Imperio consueuisse, tali clausula. Ecquenam consequenter æquius ea petunt, quam nos hodie vobis deuoti addicisci? Nos enim pro Imperio vestro preces ad Deum emittimus, & vt filius (quod iustissimum est) in Regnum olim patenti succedat, vtque Imperium vestrum dietim amplius dilatetur, omnia demum ex animi sententia vobis eneant oramus. Quod & nobis salutare fuerit, vt quietam tranquillamq; vitam degentes, vobis interim ad quælibet imperata prompte inseruiamus.

In Apologia Athenagoræ pro Christianis. Eleganter vero B. Fulgentius Trasimundo Vandorum Regi, ORAMVS, inquit, DEVVM, VT AVRES CLEMENTIAE TVÆ VERBO VERITATIS PLACIDAS REDDAT, ET PIO CORDI TVO LVMEN SAPIENTIAE SPIRITALIS INFUNDAT: VT FILIVM DEI DEVUM DOMINVM IESVM CNRISTVM SIC HONORIFICES, SICVT HONORIFICAS PATREM. Lib. 3. DE MYSTERIO MEDIATORIS CHRISTI, DVAS NATVRAS VNA PERSONA RETINENTIS. Deniq; vt de nostraribus Francis obiter loquamur, metricus extat Libellus Theudulphus Aureliorum pontificis, seu, vt alii volunt, Ioannis Sapientissimi, ad Christum Deum pro Carolo Calvo Romanitum orbis moderatore: cuius ἀντεπίγραφος Codicis versus sequuntur notatu digniores.

O Rex, praelato qui lustras lumine mundum,
Largitor Carolo prospera cuncta tuo.
Da nostro Regi Karolo sua regna tenere,
Quæ tu donasti patribus almighty.
Inuidiam miseram fratum, sauumque furorem
Digneris pacto mollificare pio.
Hostiles animos, paganaque rostra repellas,
Da pacem Populo, qui tua Iura colit.
Indulge famulo fragilis contaminavita,
Ut valeat purus cernere Regna tua.

Vnum his subiiciam, Rigordum, Philippi Augusti vitæ scriptorem, qui in libro nondum edito, ECCLESIA (inf.) MERITO DEBET ORARE PRO CHRISTIANISSIMO REGE PHILIPPO, QVIA ISTE EST QVI ASSIDUE STAT PRO IPSA ECCLESIA, PROTEGENS EAM AB INIMICIS, EXTERMINANDO IVDÆOS, PROPVL SANDO HÆRETICOS. BONA ENIM ILLIVS OPERA STABILITAS VNT IN DONINO, ET IDEO FACTA EIVS ET DICTA DEBET ENARRARE OMNIS ECCLESIA SANCTORVM. Cuius Lib. talis est Epigraphe, DE GESTIS CHRISTIANISSIMI REGIS PHILIPPI A DEO DATI.

REGES vicissim paria referunt Ecclesiastico Ordini, communicata piis huiusc decretis Manu Regiae ac potestate: in qua factorum simul usus custodiam tutelamque collocarunt Dei Principis Oracula. Deuteron. cap. 17. Testis est Hebreus rex David, qui recensitis Leuitis omnibus ac presbyteris, eos in classes aliquot ideo distribuit, ut alternis quæq; vacarent Dominicis phani ministerio. Chronicón. i. Cuiusmodi renouandæ Politæ auctor fertur Zacharias, æmulusq; Herois illius Politici extitisse. 2. Reg. cap. 18. Solomonem vero palam est conseruasse Dominicum delubrum, ac solenni lustratum ceremonia sancte deuouisse supremi Numinis venerationi. Regum lib. i. Posterris tamen seculis atum pene erat de sacra ea Basilica, quod scđe polluta fuissest Ethnicorum Lubibriis, prophaniisque manibus: ni Iudas Machabæus Israeliticæ Dux militiae eandem curasset à sordibus repurgādam per nouos Sacrorum Praefectos, quos in id præsertim munera idoneos cooptarat. Et hæc nondum passo Christo, quid luce Euangelica collustrato Orbe? Imperialium sanctionum de Ecclesiasticis rebus plenæ sunt Bibliothecæ, legumque Ciuium, quæ de Sacra Politia conditæ versantur in ore posteritatis. Ex Theodosiani Cod. Lib. 16. & Iustiniano Volum. τὸν Νεαρῶν. Ac propterea sensit Optatus Milevitanus, non esse Rempub. in Ecclesia, sed Ecclesiam in Repub. id est, in Imperio Romano: Quasi Reipub. pars Ecclesia sit, cum in illius sinu veluti coalescat. Lib. 3. ad Parmenianum de Schismate Donatistarum. Sic diuerso; Imperatorem esse in Ecclesia, non supra Ecclesiam, docet B. Ambrosius, de negotio fidei ad Cæsarem scribens. At qvi diuisum cum Ioue (inquit) habet imperium Cæsar, & vulnus Heroico.

Edicunt Reges, indicit Festa Sacerdos.

Vt, econtra, Apostolico Canone 82. επίσκοπος, ἡ πρεσβύτερος, ἡ Διάκονος σπείραι σχολάζων, καὶ βέλομένος ἀμφότερος κατέχειν, ἥρματην ἀρχήν, καὶ επιπλὴν διοίκησιν αἱρέσθαι τὰ γῆ τὰ Καιουρεῖς. Καιουρεῖς Καὶ τὰ τὰ δεῖ, δεῖ. Hæc quidem agnosco ingenua omnia, sed ita, ut Regia tamē potestatis præsidio, tanquam firmissimo Ecclesiam muto septa-

esse putem oportere: Culus alioquin ita móuentem nos Ciuilem Magistratum minime probaremus. Hanc sententiam firmat vetus Byzantij Pontificis electio, quæ dissentientibus partium suffragiis anceps dubiaq; turbas inuexisset in Ecclesiam grauissimas, aliis videlicet Isidorum Neotarij successorem legentibus, aliis Ioannē Chrysostomum: nisi cum tumultum pacasset Archadius Imp. mandata Chrysostomo Byzantiorum Hierarchia, quem & ab Episcopis in Synodus euocatis postulauit ordinari. Ut refert Theodoritus lib. 5. cap. 27. Cum Sozomeno lib. 8. cap. 2. Ac ne mirum cuiquam hoc videretur, afficit D. Augustini Epistola. 68. dicentis, Constantino Cæsari attributam fuisse Ecclesiasticarum litium cognitionem. Adde inumeras Principum Romanorum constitutiones, aduersus sacrificia Pagani lata, apud eundem Augustinum Epist. 48. Proin Regiis etiam Edictis instructi Clerici ac monachi funditus diruere sepulchrales Phœnicū Lucos, Chrysostomo procurante. Ex Theodoriti lib. 5. cap. 29. Ast interim Valentem Cæsarem quis non reprehendat, eo prouetum audaciae, ut μονάχον militare iuberet? Anno post salutiferum partum trecentesimo duode octogesimo. Sic enim monachos vocabat in lege à se condita, Qui dam ignavia sc̄tatores. De Decurion. lib. 10. Cod. Idque P. Diaconus in literas retulit lib. 12. Illum quippe tanto odio prosecutum monachos tradit Eutropius, ut multas ipsorum ex Eremis abstractas myriades barbaris obiecerit trucidandas, eo in prælio, quo aduersus Gotthos infeliciter dimicauit.

MITTAMVS Valentem & Valentinis, Christianæ non tam Politæ rectores, quam Religionis hostes: quum Regia isthic vete in Ecclesiasticum Statum officia à nobis & exempla quærantur. Regiam nimur auctoritatem Ecclesiæ solum metimus commodis, tantum q; ipsi tribuimus, ut sacro coeti q; adiumento esse debet, offendiculo non sit, neue cuius adiutrix ornanda illa quondam fuit, Ecclesiasticā opprimat libertatem. Haud tecus ac Horatiani equi auxiliator in ceruum, cuius implorata ope, frænū dorso, nō frenum depulit ore. Ita ergo Magistratum vtrumque constituimus in hac Ciuitate Dei, Pontificiū ac Regium, veluti concentum quendam ex distinctis collectum sonis, & dissimilium alioqui vocum moderatione eam Reipub. moderationē retinentem, in cuius conseruatione salus quoque Regni posita est. Quemadmodum à Leone. I.P.P. Scriptum legimus ad filiam Archadij Imper. natu maiorem. Epist. 29. & ad Leonem Augustum, Epist. 73. Quæ afluuntur Tom. I. Concilior. Ab iis non dissidet beatus Augustinus, ad Macedonium Epistola 54. & Isidorus, à quo desumptus sacer canon, Principes seculi. 23. Quest. 5. Vnde Ciuilis & Ecclesiastica potestas sunt ἀντιστοπαι quodammodo variisque modis circa eadem versantur, ac se se mutuo iuvant.

IDEM CHOPPINVS

De criminis in Ecclesia commisso, an sit mixtifici. Tit. 4. num. 24. lib. 3.

OFFERENT sacras libationes plebecula, emersit dissidium in Templo inter Curionē. Sacelli cuiusdam sacrificium, & profanos aliquot paræcos, qui ab huius facellani partibus stantes

stantes quum tumultuantur, Ecclesiasticum Numinis cultum interturbarentur. Hi propterea cum Sacellano promiscue rei citantur Pontificio iusu. Regij deinde fori præscriptione summoti prouocant abusus titulo ad Ordinem ampliss. Prouocationem fulciebat plebea, profanaque appellantium conditio, quibus ideo sacer magistratus ius dicere pro imperio non poterat. Diuini enim cultus per tutabitionem mixti fori crimen esse annotat Baldus in l. si quis in hoc genus. Cod. De Episc. & Cler. Talis igitur perturbationis reus si profanus sit, videtur ad regium Tribunal vocandus: si sacerdos, ad Episcopale. Parochus è contrario allegabat, Iuridicū Ecclesiasticum violati sacri ministerij vindicem esse indiscriminatum. Basili. Cont. Tit. de iis qui tempore diuin. offic. vagantur per Ecclesiam. § prohibetur, ne diuina officia tumultuosi quoruncunq; per Ecclesiam discursus impediunt aut perturbent. Et ibi Guimerius Interpres. Licit enim pontificius gladius cuius intentatur sacram officium conturbanti Cap. Dilectu. De Appellat. Huiusmodi tumultus sacro in loco proxime ad impiem atem accedere, velutique ad hæresim quandom, Pontificiæ crimen notionis, & auimaduer- sionis. Ut lib. superiore à nobis explanatum est, Nihilominus Curia hoc genus delicti mixtum esse, seu mixti fori pronuntiavit. Arresto Pridie Kalend. Ianuar. Anno 1549. At biennio post, similem pene quæstionem Senatus pleniori commisit de- liberationi. 13. Kal. Decembr. Anno 1551.

IN CRIMINALIBVS.

Ex Tractatu Petri Ayrault Præsidis Andegauensis cui Titulus, *L'ordre, Formalité & Instruction iudiciaire in ciuilibus & Crimina- libus.*

QVANDO, ET IN QVIBVS DELICTIS in effigie fiat executio. Item de Executione seu pena contra Collegium Sorbonense ob admisam disputationem, de hac propositione, An Papa potestatem habeat Regem Gallie excommuni- candi.

Quanta l'execution: nous y avons trouue cette forme de les executer par effigie: que nous auons, peut estre, tiree des sacrifices, & triumphes anciens: scauoir est, que, comme en lieu de sacrifice l'homme, on sacrificoit quel quefois l'effigie, dicit Seruius, sus Virgile: dicit Plutarque, en la XXXII. & LXXXVI. demande des Choses Romaines: & comme les Romains menoient en triomphe les portraits & iniages de choses qu'ils ne pouuoient transporter: commes les fleuves, des montaignes, Villes, Chasteaux, Roys, & Capitaines tuez en guerre (cum simulachro captarum Syracusarum, omnia instrumenta bellata, dicit Tite Liue, parlant du Triomphe de Marcellus) aussi qu'és executions de Justice, pour vn plus grand exemple, nous auons introduit cette façon depunit par figure & effigie. Car cela est ordinaire, que la representation affecte plus, & ce qui est exposé aux yeux, comme spectacle: que ce quin'est proposé qu'à l'esprit & à l'entendement, comme histoire & chose morte. Certes si on peut estre honorié

par effigie, apposition & erection d' image: on peut bien aussi y recevoir de la punition, & de la honte. Mais que pour cela les Romains, ou autres Anciens, vlassent de ces peines imaginaires: i'ay opinion qu'il ne s'en pourra rien trouuer, outre l'exemple de Celsus le Tyran, qui est en Trebellius Pollio, lequel après auoit été tué & mangé des chiens, fut pendu par effigie à l'icône. mais l'Historien dit, que cela fut fait *nouo iniuria genere*: & par un peuple transporté d'affection vers l'Empereur Gallienus. Que si on vouloit reculer plus hault, & dire, qu'estre condanné à combattre contre des bestes, c'estoit un grand supplice: & qu'il se trouve que Cicéron, en l' oraison pro Cornolio, auoit parlé de quelques hommes de foin qu'on y exposoit. Ce n'estoit pas que ces effigies en representassent aucun, qui eussent esté condamnez à cette peine. C'estoit pour irriter ces bestes brutes, & les rendre plus arduentes contre ceux qu'on leur proposeroit sans feintise. Asconius le dit en ces termes: *Simulachra, effigies, hominum ex feno fieri solebant: quibus obiectis, ad spectaculum prabendum tauri irritarentur.*

Or nous auons dict cy dessus en passant, ce qu'il vaut mieux dire encor un coup en cest endroit (car c'est icy son propre lieu) scauoir est, que ceste condamnation & execution par effigie, ne se pratique que pour les contumax, don nous inferions, que ce nous est vne ancienne remarque, qu'après leur condamnation ils n'estoient plus reueuables à rien dire. Car sinon qu'elle emportoit une nécessité de les punir en leur personne, si ils se trouoient, sans c'entrer en autre connoissance de cause: pourquoi n'en userions-nous aussi contre les morts, lors qu'ils se peuvent punir: si ce n'estoit qu'on ne les peut plus apprehéder, pour estre la sentence executée selon l'agent? Si ce n'estoit que cette figure ne peut aduertir aucun des enfaist pour les represententer, ou executer? Nous l'inferons encors pour l'observation qui y est, de n'imposer autre peine par effigie, que la mort. Car si ce qui a introduit de punir corporellement les contumax, a este, non la contumace, mais l'atrocité des meffaits: il s'en suit, qu'en tous autres cas où le crime ne merite la mort, il fait demeurer en ce qui fut premièrement reçeu contr'eux: scauoir, ne les punir que ciuilement & où il l'a mérité: que le iugement en doibt être permanent & stable, parce qu'il ne procede pas de la contumace, mais du delict. Que l'on n'impose donc point de peine par effigie autre que la mort, ce n'est pas tant, par ce que seroit chose ridicule d'estre fouetté, ou faire amarde honorable en peinture (car estre pendu, ou decapité de mesme: le quel vaut mieux?) comme c'est, parce que l'absent ne doibt iustement estre condamné en peine corporelle, si le crime ne merite la mort. La contumace, pert les biens: le crime, la vie la renommée.

Il se trouve bien, que la Cour de Parlamēt, pour faire faire amende honorable à la Sorbonne (punition dont les Lacedemoniens ont usé. Car enuironner un certain Autel, & chanter tout à l'entour une chanson à son vitupere: qu'est-ce autre chose?) parce que la Sorbonne de Paris auoit endure durant les premiers troubles, qui un Bachelier de son Escholle eust proposé à

Iurisconsultorum Gallorum

disputer, S' il estoit en la puissance du Pape d'excommunier le Roy de France: mettre son Royaume en proye, & affranchir ses subiects du serment, que naturellement & diuinement ils luy doibuent: ordonna que le Bedeau de la Sorbonne, habillié d'une chappe rouge, declareroit, en presence des principaux de la Faculté, que follement & temerairement ceste proposition auoit este soustenue, & qu'en haine de ce, on ne disputeroit dn quatre ans en Theologie au College de Harcourt, où ceste question auoit este agitée devant eux. L'arrest (que rapporte Monsieur Pasquier, Aouocat du Roy en la Chambre des Comptes) est du quatriesme Decembre, mil eniq cens soixante & vn. mais telle execution n'estoit pas en figure. C'estoit une vniuersité punie en un des siens.

Si me semble il encores que ces executions par effigie, ne se deuroient pas mettre à tous les iours, mais qu'il les faudroit garder aux cas les plus signalez. In n'en trouus qu'vn en toutes nos ordonances: sç auoir est, en celle du Roy François I. faict pour les Legions des gens de pied, qu'il auoit establees par les Prouinces. Là sus la fin, parlant de ceux, qui abâdonnant leur Legion, se seroient retirez à l'ennemy: où ils ne pourroient estre pris (dict-il) ils seroient banniz perpetuellement du Royaume: leurs biens confisquez: leurs enfans declarez incapables de tous honneurs & dignitez, & exclur, de toutes successions directes, collaterales, ou autres: & neantmoins par figure seront mis en quatre quartiers: & chalcum d'iceux quartiers, mis es lieux plus insignes de là où sera la lepion, a finque les autres y puissent prendre exemple. Veritablement ce qui s'applique à toutes saulces, tourne en mespris, & en ríee. Hucusque Galli.

crone Ecclesiae (excommunicatione scilicet) fortiter feriantur, donec mandatis ecclesiasticis humiliter pareant.

Quare ecclesiastico iudici præcipientis sub merito obediencia, vel sub pena excommunicationis latæ sententia, magistratui Ciuli, ut exequatur sententiam, quam tulit contra haereticum, vel Symoniacum, aut alium cuiuscunque criminis mere ecclesiastici reum, tenebitur iudex secularis illam sententiam exequutioni mandare, sub reatu peccati lethalis, & penarum ecclesiasticarum. Hoc idem dicendum est in exequitione sententia, pro crimine mixti fori, cuius cogitationem præuenit ecclesiasticus. Quare si in exequendis huiusmodi mandatis Ecclesiam contemplerit, minimeque parere voluerit, censuram excommunicationis incurret, habendusque erit, tanquam ethnicus, & publicanus. Matib. 18.

Si vero excommunicationis censura feratur ab episcopo, vel eius Vicario pro exequenda sententia, quam tulit contra clericum pro crimine mere profano, veluti homicidio, prodictione; vel pro crimine mixti fori, veluti sacrilegio, concubinatu, &c. tunc distinguendum est: aut enim clericus traditur degradatus, iuxta text. in cap. de gradatio. de pénis. in 6. (differitque Panormitan. in c. nouimus. Extra de verbis. significat.) ut efficiatur de foro magistratus Ciuilis: & tunc non tenetur exequi sententiam Episcopi, nisi sibi prius fiat fides de processu: quia clericus ille, ut modo dixi, de iudicis secularis foro efficitur, eumque non ut merus exequitor, sed tanquam iudex, & ut sibi subditum, iudicare debet, ut in eod. §. si vero crimen. in Authen. de Sanctissim. Episcop. collat. 9. Est opinio communis legistarum, ut tradunt Buttr. & Abbas in capite. 1. de obligat. ad rationem. Neque in hoc casu (nisi mea me fallit opinio) sententia excommunicationis ligabit iudicem secularis, saltem in foro interiori, nisi prius sibi fiat fides de processu; cum constet, ex parte causæ eam esse iniustam, tradunt Gerson Alphabet. 15. lit. L. M. considerat. 5. & 2. Medina libr. 1. instruct. capit. 11. §. 2. Corduba libr. 1. quæst. 43. casu. 3. punct. 3. Panormitan. Cardinal. & Felin. apud Couarru. in cap. alma mater. §. 7. numer. 7. Si vero clericus traditur magistratui Ciuli condemnatus, non tamen ut efficiatur de eius foro, sed solum ut iudex secularis exequatur sententiam ecclesiastici, tunc absque eo quod ei fiat fides de processu, tenetur illam exequutioni mandare, si non vult excommunicationis penam incurre.

Reliqua quæ circa propositam huius quæstionis materiam desiderari possunt, ex fundamentis, tum etiam ex conclusionibus, facile haberi poterunt: præterim Conciliatio illatum omnium distinctionum, quibus Doctores in explicanda hac quæstione passim vtruntur, quæ sunt numero decem. 1. Aut teus remittitur condemnatus, aut condemnandus. 2. Aut crimen est mere ecclesiasticum, aut mixtum, aut mere profanum. 3. Aut inuocatur brachium secularis judicialiter, aut extra judicialiter. 4. Aut ecclesiasticus petit iuste, vel iniuste. 5. Aut teus est persona ecclesiastica, aut secularis, aut exempta. 6. Aut iudex, cui facta est remissio, est ordinarius, siue

HISPANORVM.

I. Tractatus Canonici.

MICHAEL AGIA, DE EXHIBENDIS auxiliis.

An magistratus politicus, compelli possit Ecclesiasticis censuris, ut suum imperiatur auxilium, Ecclesiastico iudici petenti, absque eo quod sibi fiat fides de processu?

POLITICVM magistratum, censuris compelli posse, ut suum imperiatur auxiliū ecclesiastico iudici petenti, certum est, & de Iure definitum, cap. 2. de maledi. & tradit communis Canonistarum schola, Abbas in cap. 2. numer. 2. de offic. ordinar. Ias. in l. à Diuo Pio. §. sententiam Roma nu. 16. de re iudic. & alii, quibus addit Menochius de arbitrar. libr. 2. casu 452. numer. 4. posse magistratum politicum puniri arbitrio iudicis ecclesiastici, quotiescumque neglexerit suum auxilium illi impetriri. Sed hæc sententia vsu recepta non est, ut tradit Aualos in director. iudic. ecclesiast. 2. part. cap. 13. numer. 32. Praxis enim solum modo vsu recepit, ut inobedientes, & contumaces mu-

mixtus,

mixtus, aut merus exequitor. 7. Vel iudex ecclesiasticus processit judicialiter, & letato iuriis ordine, vel extra judicialiter, & non seruato ordine iuris. 8. Vel iudex remittens est superior ad illum, cui sit remissio, vel ei par. 9. Vel remittitur, ut efficiatur de foro iudicis secularis, vel non remittitur, ut efficiatur de eius foro, sed solum ut exequatur contra ipsum sententiam, quam talit ecclesiasticus. 10. Aut pœna est inflata, aut infligenda. Sed haec ultima eadem est cum prima, & multæ ex predictis in idem ferme coincidunt.

II. TRACTATUS CIVILES.

Franciscus de Escobar de Ratiociniis.

I.

Quando alicui per legem, respectu certæ causæ, tributur iurisdictio, quod sub illa dispositio ne, comprehenduntur clerici actiue & passiue: Et 131. casus esse refert, in quibus iudex secularis, de causis clericorum cognoscit.

S U M M A R I A.

- 1 Iurisdictio quando respectu certa causa per legem ciuilem alicui vniuersaliter attribuitur, sub illa dispositione comprehenduntur clerici actiue & passiue in quibus viger illa qualitas in qua fundatur iurisdictio;
- 2 Bobadilla in sua politica cumulat i 31. casus in quibus clericus coram iudice laico potest conueniri.
- 3 Propter defectum vel negligentiam iudicis ecclesiastici, clericus trahi potest coram iudice seculari, pro reddenda ratione.
- 4 Potestas ecclesiastica, si defuerit in corrigendis clericis, potest potestas secularia illos corriger.
- 5 Exempio clericorum à potestate seculari, an sit de iure divino?
- 6 Clericiratione temporalium rerum, an sint Regiae iurisdictioni subiecti.
- 7 Iudex ecclesiasticus, si per censuras procedat aduersus iudicem seculariem, qui Clerici bona temporalia pro reliqua tutela, cura vel depositi secularis executavit, vim illi facit.
- 8 Clericus qui à iudice ecclesiastico, vel eius prælato, fuerit moritus, ut à negotiis secularibus abstineret, & hoc non obstat negotiis secularibus se immisceret, non gaudet priuilegio fori, circa illa negotia secularia qua tractauit.

PRÆ cius sententiae confirmatione adduco dictum Abbatis in cap. Ceterum. nu. 6. de iudicio, vbi notanter dicit, quod quando respectu certæ causæ, per legem Ciuilem alicui vniuersaliter attribuitur iurisdictio, sub illa dispositione comprehenduntur clerici actiue, & passiue, in quib. vigeat illa qualitas, in qua fundatur iurisdictio, etiam in præiudicium ordinariæ iurisdictionis, quam sententiam firmavit Iason. in l. de quibus num. 39. ff. deligi. idem Iason. in præludio fædorum. 1. questione principali. Et eius sententia comprobari videtur ex decisione text, in l. 57. & 59. titu. 6. part. 1. quibus

in locis plures dinumerantur casus, in quibus iudex secularis non solum clericos coram se trahere, verum etiam illos mulctare & punire poterit, ibique plura in confirmationem huius sententiae, cumulat Gregorius Lupus, & plures alios casus, in quibus iudex secularis clericos coram se trahere potest, enumerat Bertachinus d. num. 95. & 96. Viginti etiam casus cumulat Aufrelius in clementia. 1. de officio ordinarii, in additione ad ipsos ibidem facta: ac rursus alios triginta & quatuor casus ipse refert ibi in regula secunda. Melius tamen & accuratius rem hanc scrutauit Castellus à Bobadilla, nuper causatum fiscalium patronus creatus, omnium bonarum literarum acerrimus scrutator, in sua politica pratorum, vbi in lib. 2. cap. 18. Centum ac trigesima & unum casus aggregauit, in quibus iudex secularis de causa clerici cognoscere & iudicare potest, inter quos casum de quo agimus anne&tit. numer. 130. & 227. Tu tamen amans Lector supra dicta digito ligabis, quia forte nullibet late diffuse scripta reperies, & vide de hoc Azeuet: in l. 7. tit. 18. libr. 9. recop. numer. 14. Vnum tamen in proposito omitendum non erit, quod si tales depositarius, tu tot, vel curator clericus, pro reddenda prædictæ administrationis ratione, coram iudice Ecclesiastico fuerit conuentus, & ipse Ecclesiasticus iudex, in administratione iustitiae negligens sit, à tali grauamine poterit appellari (ratione illata violentia) ad curiam sive cancellariam, & ibidem peti poterit, ut causa retineatur, & procul dubio retinehatur erit, quia ratione negligentiæ iudicis ecclesiastici, clericus potest trahi coram iudice seculari, ut in cap. princeps seculi, 23. quæst. 5. Vbi gloss. dicit, vbi potest s ecclesiasti ca deficit, in administratione iustitiae, laicus potest corriger clericos, idque manifeste suadetur ex text. in capit. sunt quadam enormia. Eadem causa & questione, idque tenet Abbas, in cap. ac sacerdoti, de iudicio, Gregor. Lupus. in l. 59. tit. 6. part. 1. Mexia in pragmatice panis, conclusione. 5. numer. 66. Bobadilla, vbi supra. nu. 93.

Ex quibus singulariter infertur, exemptionem clericorum, à iurisdictione seculari, non esse de iure divino, prout hoc late defendit Couarruias. d. cap. 31. num. 2. vers. contraria opinio, quod ego procul dubio verissimum reputo, maxime quo ad bona temporalia ipsorum clericorum. Ratione namque temporalium bonorum clerici regibus suis subditis existunt, ut eleganter tenet Petrus à Monte in sua Monarchia conciliorum. quæst. 4. numer. 2. Errationem huius conclusio nis ponit eleganter gloss. in l. munera. §. patrimoniorum, verbo. Pontifex. ff. de munera. & honoribus, ibi, quia ut predia possideant à lege humana est, & rursus ibi, & ideo proprio principi pro suo Episcopo subsunt. Et hanc sententiam tenet Innocentius in cap. postulanti, de foro competen. quatenus ibi dicit quod constitutio Imperatoris liget possessiones clericorum in suo territorio.

Ex quibus elicio conclusionem, in præ no tabilem, scilicet; quod si iudex ecclesiasticus procedat per censuras, aduersus iudicem secularis, eo quod aduersus clericum tutorum, vel depositarium reliquarum, procedit via executiva, capiendo eius bona temporalia, vim ille inferre dicas.

Iurisconsultorum Hispanorum

dicatur; cum ex supra relatis (pro concordia opinionum sibi aduersantium) capax sit iudex secularis huius iurisdictionis, aduersus tales clericos, vltro se seculatibus administrationibus immissentes. Quam conclusionem verissimam & indubitabilem reputo, quando praedictus clericus, ante suscepit administrationem secularis, fuit per iudicem ecclesiasticum ter admonitus, ne se tali administrationi immisceret, & spreta hac admonitione, de facto administratio-
nem illam secularis acceptauit. Ex tali enim inobedientia, fori priuilegium amisit, vt sentit Abbas in capit. 2. numer. 6. ne clerici vel monachi, idque tenet Bonicontus in tractatu de priuilegiis credito. numer. 12. volum. 4. Bertachinus in dicto tractatu d. Episcopo. loco suspensus citato. numer. 26. Straca de mercatura. 3. p. numer. 9. Securius tamen erit, vt iudex secularis, requirat iudicem ecclesiasticum, pro hac executione facienda, vel pignoribus clerici capiendis, pro reliquis, vt cuietur conflictus opinionum sibi aduersantium, vt sentit Gutier. d. cap. I. num. 9.

III. EX PROCESSU ET Practica Ecclesiastica. Gonzali Suarez de Paz.

DE FORMA ET MODO PROCEDENDI,
in foro Ecclesiastico circa causas ibi pertransiendas.

S V M M A R I A.

1. Spiritualis potestas à seculari non perturbatur, sed souetur, & è contra altera ab altera est distincta.
2. In subsidium iudex ecclesiasticus, qui propriis viribus suam sent. exequi non potest, secularibus vtitur, hique ecclesiastica potestari auxilium prabent. & nu. 4.
3. Predictum ius in delegato seruandum iudice.
5. Ecclesiasticus iudex potest secularis ad sibi exhibendum auxilium compellere: at, vt ipse præstet, non compellitur à seculari iudice, sed eo postulante à superiori suo.
6. An stetur processui à seculari indice factu, quando reus ad ecclesiasticum remittitur: & quid in praxi serueretur.
7. Secularis iudex ab ecclesiast. inuocatus, tanquam merus executor, auxilium præstare, absque eo quod de causa iusticia cognoscat, tenetur: secu quando ipse inuocat, etiam nu. 6.
8. Quod dicta sunt, non procedunt in causis criminalibus, quarum cognitio est miseri fori: quia tunc secularis iudex poterit de nouo cognoscere, cum sit suus subditus.
9. Si iudex Ecclesiasticus vult exequi suam sententiam & simpliciter implorat à seculari, vt suam familiam sibi concedat, tunc secularis non potest cognoscere, sed tantum suam familiam debet accommodare.
10. In criminibus, quorum cognitio non pertinet ad secularis, sed tantum ad ecclesiasticum iudicem, si ab

eo imploretur brachium seculare, non debet se intromittere iudex secularis in cognitione huiusmodi criminum, sed nullo alio quaesito, sententiam ecclesiastici exequi tenetur.

P R O O E M I V M .

CVM spiritualis secularisque potestates usque 1 caderent sint distincte, vt non debeant ad inuicem impedire, nec perturbare, vt probat text. in cap. cum ad verum. c. duo sunt, c. si imperator. 90. dist. & in c. causam, queel 2. qui filii sunt legit. & in c. nouit. de iudic. & in l. 4. & 5. tit. 3. libr. I. Recop. & in l. 3. tit. I. libr. 4. Recop. & in ordinationibus Lusitanorum. libr. I. tit. 44. §. Eseian auisados. Quiniro praedictæ potestates debent se ad inuicem coadiuare, vt praedicta iura probant, & firmat gloss. in cap. I. verb. publicum. de officio ordinarii. & gloss. in cap. 2. de male. verb. Potestatem & docent Panorm. in d. cap. nouit. Villadiego in tract. de heret. prauit. quaest. 19. col. si. vers. ex quo poterit. & Couar. in Pract. qq. cap. 10. numer. I. Quod tamen auxilium & fauor ab vtra 2 que potestate in subsidium præstat. secundum Oldrad. consil. 89. numer. 5. Quo fit, quod postquam iudex ecclesiasticus aduersus clericos vel laicos suis censuris usus fuerit, neque earum virtute poterit suam sententiam exequi, nec iustitiam ministrare, requirere poterit iudicem secularis, vt ipse captis rebus & persona rei, sententiam ecclesiastici iudicis exequatur, vt expresse probat text. iuncta gloss. verb. public. de offic. ordin. per quem text. ita tenent ibi Panormit. & Alciat. Probatur etiam in cap. postulasti. de homic. & in cap. 2. de male. & in l. episcopalem. C. de episcopali audi. & in cap. vt officium. §. compescendi. de heret. libr. 6. Idemque iuri 3 obseruandum erit in iudice delegato, argument. text. in cap. dilecto. de sent. excomm. in 6. per quem & alia iura ita tenent. Specul. in tit. de iud. deleg. §. sequitur. numer. 6. Innoc. Ioan. Andr. Panorm. numer. 8. & Fel. numer. 2. in cap. significasti. de offic. deleg. & late Nauar. in cap. cum contingat. remed. 2. de re script. & Aegydius Bossius in pract. crimin. tit. de foro comp. numer. 92. & Aul. in cc. prator. cap. 20. numer. 27. Similiter è diuerso secularis iudex inuocare 4 poterit auxilium ecclesiastici pro sua sententia exequenda aduersus eos, in quos coercionem non habet, iuxta text. Autben. sed hodie. C. ad l. Iul. de adult. & facit tex. in d. cap. dilecto. in fin. & tradit Socin. in cap. cum sit generale. numer. 28. de foro comp. Quia in re illud discrimen erit obseruandum, quod 5 iudex ecclesiasticus suis censuris & penitentia spiritualibus compellere poterit secularis iudicem ad sibi exhibendum auxilium vt probat text. d. ca. 11. de malef. At vero secularis non poterit ecclesiasticum cōpellere, sed adire debebit eius superiorem, ab eoq; petere, vt iudicem ecclesiasticū in fieri cogat, ad præstandum sibi auxilium pro sua sententiæ executione, secundum Innoc Panorm. & Alc. n. 26. & n. 123. in d. c. 1. de offic. ord. Erit & 6 aliud discrimen obseruandum, nempe qd quando secularis iudex remittit aliquē reum ad iudicem ecclesiasticam, vel inuocat eius auxiliū, pro executione sua sententiæ, vt in exēplo posito per Alciat. in d. c. 1. n. 25. de offic. ord. ecclesiasticus iudex non tenebitur statre processui factu corā seculari, sed de nouo debebit cognoscere, secundū communē opinionem Dd. ex Decio in c. at si clerici de iudi. & Thoma,

Thoma Grammatico in *cons. crim. 42. n. 1.* & *Viuio, in lib. commun. op. verb. iudex laicus. & Aula, in cc. præt. cap. 20 num. 20.* Iu præxi tamen obseruatur, quod processus gestus coram seculari extractur a protocollo tabellionis secularis, & coram ecclesiastico producitur, ad eius instructionem in causa: quod ita faciendum esse, consultit omnibus iudicib. ecclesiasticis, Bern. Diaz in *præct. crim. Canon. c. 116.* Cæterum quando iudex ecclesiasticus inuocat brachium seculare pro executione suæ sententiae, in causis ciuil. b. secularis iudex, alio non requisito, teneatur auxilium exhibere & sententia ecclesiast. exequi absque eo, quod de eius iusticia cognoscatur: competit tamen sibi illa cognitio, quæ mero executori datur, iux. not. in *l. 1. C. de iur. & fact. ignor.* Ita resolut Ioan. de *Imola in d. c. 1. col. pen. & antep.* & sequitur *Ægyptius Boss. in præct. crimin. tit. de foro comp. à nu. 87.* resoluens, condemnatum saltem citudinum esse per iudicem secularem, ad videntem an aliqua exceptio sibi competit ad imperi diendam, vel moderandam executionem. At vero in causis criminalibus, quatum cognitio ad secularem spectare posset, ut in criminibus misericordiis, si auxilium secularis petatur a iudice ecclesiastico, non tenebitur secularis state processu factio coram ecclesiastico, nec præstare eidem auxilium, sed ipse de nouo poterit cognoscere, & facere, quod sibi fiat fides de processu, ut cognoscatur & intelligatur, an sententia iuste lata fuerit: natus tunc secularis in isto casu iudicatur, & in subsidium, secundum Panor. in *d. c. 1. & Alc. ibi 119. de offi. ord. p. text. in Autb. de San. & S. epist. § si vero crim. & resolut. Ægypt. Boss. vbi sup. nu. 87. Iul. Clat. lib. 5. sent. § fin. quæst. 96. nu. 7. & Bern. Diaz. in *præct. crim. c. 133.**

Quod tamen limitant Pan. & alii Dd. secundum Alciat. vbi supr. nu. 120. quando iudex ecclesiast. ipsem vellet exequi suam sent. & poenit ecclesiastici punire, & simpliciter imploraret a seculari, ut suam familiam sibi concederet: nam tunc secularis nullo modo poterit cognoscere, cum non dicatur executor, sed datum debeat familiam accommodare. In criminalibus. v. mere ecclesiastici, quorum cognitio non pertinet ad secularem, si ecclesiasticus eius auxilium postuler, non debet se intromittere in cognitione illius criminis: sed tenetur exequi sententiam ecclesiastici, nullo alio quæsto, secundum communem opin. Dd. ex Alciat. in *d. c. 1. nu. 100.* & Boss. vbi supr. num. 87. Iul. Clat. in *d. qu. 96. nu. 7.* Quod tamen limitat quatuor modis Alciat. vbi supra, à nu. 103. Quam resolutionem existimo veram esse, quamvis Bernar. Diaz. vbi supr. & Au. l. in *cc. præt. c. 20. nu. 20.* teneant, secularem cognoscere posse in quoconque crimen de iusticia sententiae iudicis ecclesiastici, eius auxilium inuocantis, præterquam in criminis hæresis: quicquid Didacus Per. in *l. 4. tit. 1. lib. 3. Ord. in glo. 3.* indistincte dicat, secularem iudicem debet summarie cognoscere de iustificatione præcepti iudicis ecclesiastici, prius quam auxilium eidem exhibeat.

ITALORVM.

Ex Tractatu D. Martæ, de Iurisdictione. Qui quatuor membris hanc materiam comple-

titur.

I. Membrum, Cap. 49 fol. 143. Editionis Coloniæ

Allobrogum. 1620.

Cur Principes laicorum ab Ecclesiastico, teneantur imperiis brachium seculare:

S V M M A R I A.

- 1 Brachii secularis tractatio in quatuor partes est divisæ.
- 2 Principes laici cur teneantur impetriri brachium seculare.
- 3 Orbis Christianus est una Civitas clericorum & laicorum.
- 4 Charitas mutua debet esse inter Ciues Christianæ Civitatis.
- 5 Principes seculi tenentur ex charitate impetriri brachium seculare.
- 6 Principes tenentur impetriri brachium ex debito officii.
- 7 Reges, & Principes tenentur impetriri brachium ex necessitate iuris.
- 8 Principes seculares qui prescriperunt contra imperium non possunt prescribere contra priuilegium Ecclesiastica.
- 9 Imperiorum mutatio, & subuersio oritur cum mutatione religionis.

De impertitione Brachij secularis.

Q Via solet Ecclesia ut plurimum rogare Principes laicos pro auxilio executionis, siue defensionis, quæ materia dicitur imploratio, & impetratio Brachij & secularis, ideo superest de hac pertractare: & diuino tractationem in quatuor capitula: In primis videndum, cur Principes teneantur impetriri brachium. Secundo in quibus casib. imploretur, & impetratur: Tertio an Principes laici rogati de brachio possint cognoscere de viribus sententiae exequendas; Quartto an Principes rogati, si non impetratur, possint poenis temporalibus, & spiritualibus affici, atque diffusius pertractabimus, quam sit adhuc a quoquam descripta. Orbis & totus Christianus una nobis est Civitas, in qua Ciuium quædam mutuæ debet esse conuersatio, mutuumq; auxilium, commodorum etiam pariter, & incommodorum communio, & participatio, secundum conuenientem unicuique mensuram, quæ est multitudo, & iuris consensu, & utilitatis communione sociata, quæ non linguis, aut rationibus, non prouinciis distincta, non in cœnibus, aut fossis, non fluminibus inclusa: Nos unum sumus vniuersi, ad Gal. c. 3. omnes enim vos unus es in Christo Iesu. Idem habetur Ioan. cap. 17. & ad Rom. c. 12. & i. ad Corinth. cap. 12. Mutua igitur charitas & est fundamentū huius nostre Christianæ Civitatis, dum mutuis se omnes officiis tuetur, & aliorū alij vicissim opere desiderant, & impetruntur. Quæ de re D. Hieron. verba sunt ad Nepotianū, in epistola, quæ incipit, Petet a me, &c. Non omnia possumus omnes, alius in Ecclesia oculus, alius lingua, alius manus, pes, venter, &c. Si igitur Principes & seculi, quorum est proprium, implorati, non mouentur contra rebelles, & contu-

contumaces ecclesiaz, & contra ipsos eorum seculare brachium non impetruntur, quomodo reddent rationem de Imperio suo, ita dicit D. Augustin. quem citat Francisc. Arrias in tractatu de bello, & bellatoribus numer. 101. quomodo officium suum, in quo sunt à Deo deputati in communem utilitatem huius Christianæ ciuitatis conferre dicuntur, sicut debent; quia una pars ipsius sunt sicut ecclesiastici, ex quorum omnium mutua charitate haec Christiana ciuitas constitui dicitur.

6 Secundo principaliter † tenentur impetrari brachium ex debito officij; Quia ipsi dicuntur Romanæ Ecclesiaz defensores, ideo religionem armis tutari debent, cap. boni principes. distinct. 96. c. tributum. cap. principes 23. quæst. 8.c. Maximianus 23. quæst. 3. cap. Christianus 11. quæst. 1.

7 Tertio tenentur ex necessitate Iuris. Nam † Iustinianus in l. Sancti Simarum. prope fin. Codi. i. de episcop. & clericis. mandat omnibus sub pena subditis Imperio, ut auxilium, & opem ferant Ecclesiasticis, sub his verbis: Addentes & hoc, quod & ipsi si opus sis omne ferant auxilium piissimis ciuitatum episcopis ad huiusmodi facta coercenda, & si qua negligentia eos vobis esse interuenierit, manifestam eam nobis proprio faciant iudicio, ut vtqz omnes recognoscant, & quanā ab ipsis seruari debeant, & ex negligentia definitam pœnam, &c. 8 ergo si Principes † seculares iure viuere volunt, dum cognoscunt te esse orbis Romani partem, ut probauit supra cap. 20. & ita Romanis ligari legibus, ad beneficium Ecclesiaz, ex necessitate iuris debent impetrari brachium:

Denique probatur exemplis: Res enim religionis, cum violatur impune, & cum in ea ciuitate audendi ex arbitrio conceditur facultas, minatur Principatibus & Imperiis † vna cum religionis mutatione subversionem, ideo Liuius in lib. 24. dicit, negotium Marco Æmilio prætori Vrbis à Senatu datum, ut à religionibz externis populum liberaret, quibus publice & priuatim populus tenebatur, contempto ritu Romano-rum: Æmilius autem in conceione Senatus consultum recitauit, atque edixit, ut quicunque libros Vaticinos, precationelue, aut artem sacrificandi conscriptam haberet, eos libros, literasque ante Kalendas Aprilis deferreret; Caius Cornelius Hispallus Prætor peregrinus, editio etiam, Chaldaeos intra decimum diem abite ex urbe, atque Italia iussit, leibus & ineptis ingeniis, fallaci Syderum interpretatione, quæstuosam mendaciis suis caliginem iniicientes, ut refert Valer. Maxim. in cap. 3. ibidem notat, Lutarium, qui primum Punicum bellum cōfecit, à Senatu prohibitum sortes fortunæ Prænestinæ adire. Ideo Leo Papa in epistola 29. ad Pulcheriam Augustam, relatus in cap. res autem humana 23. quæst. 5. dicit, Res humanæ aliter tute esse non possunt, nisi quæ ad diuinam confessionem pertinent, & regia, & Sacerdotalis defendat auctoritas. Et in libro Iudicium c. 16. habetur. Quare facile Michælincidit in Idolatriam, & fecit sibi Idola, & Sacerdotem, & ediculas sacras eis, in diebus, inquit, illis non erat Rex in Israel, sed unusquisque quod sibi rectum videbatur faciebat. Idem habetur, in c. 18. in fin. & in cap. vlt in finalib. verbis. Quare ipsi Principes rogati ab Ecclesia non minus debent esse diligentes in rebus ecclesiasticis, quæ in rebus propriis. Nam ut probatum est, hoc plurimum

adiuuat ad manutentionem regnum & statuum.

II. Membrum, ex Cap. 50. Eiusdem tract. Martæ de Iurisdict. In quibus Casibus imploretur brachium seculare, & ostenditur Episcopos posse habere familiam armatam.

S V M M A R I A.

- 1 Brachium seculare imploratur ab Ecclesiastico iudice ordinario in subsidium.
- 2 Brachium seculare est remedium extraordinarium, & subsidiarium.
- 3 Gladio temporali est utendum post præmissum spiritualem.
- 4 Remedium ordinarium ubi potest intentari, cessat extraordinarium.
- 5 Episcopus potest tenere familiam armatam, & habet proprios ministros.
- 6 Inquisitores sancti officii possunt habere familiam armatam, & tamen inuocant brachium in subsidium.
- 7 Brachium seculare an sit inuocandum in subsidium pro falsitate literarum Papæ.
- 8 Brachium seculare an inuocetur pro Simoniaca electione Papæ.
- 9 Brachium seculare quando inuocatur ad adiuuandum & auxiliandum.
- 10 Brachium seculare inuocatur à delegato directo, & ab initio.
- 11 Delegatus à Papa prius inuocat auxilium Episcopi, quam brachium seculare.
- 12 Brachium seculare an possit inuocare delegatus si non habeat expressam de eo clausulam in littera.
- 13 Brachium seculare potest inuocare subexecutor contra detentorem.
- 14 Delegatus potest exequi suam sententiam.
- 15 Brachio implorato quando iudex possit examinare causam.
- 16 Clausula, cum potestate inuocandi auxilium seculare, quid operetur.
- 17 Argumentum à delegato ad ordinarium non valeat circa implorationem brachii.
- 18 Index laicus an inuocet brachium iudicis ecclesiastici.
- 19 Sententia in causa reconventionis contra clericum, data per laicum, mandatur executioni per iudicem Ecclesiasticum.

SEQUITUR videre de casibus, in quibus brachium seculare est implorandum, quod caput distinguo per articulos.

Primus articulus est; Iudex ecclesiasticus † ordinarius inuocat brachium seculare pro executione suæ sententiae in subsidium, Nam brachium huiusmodi est iuris remedium † extraordinarium, & subsidiarium, glo. in ver. remediu. post text. in clem. 2. dereligios. domib. Vbi Bonifacius excludat contra Auditorem Cameræ, & contra officialem

etalem Auenionensem qui h̄ic non expectato, statim implorarunt auxilium brachij secularis, & ad hoc est tex. in c. 1. de offic. ord. in verb. cum opus fuit, & in c. 2. de maledict. in vers. si necesse fuerit. & ibi gl. s. & in c. 2. de cleric. ex-com. minor. & si mentem communiter omnes in c. cum non ab homine de iudicio. Hostien. Ancharen. Abbas, Zabarella, Collestat. Felyn. & Dec. pro quo probando facit, quia non est utendum temporali gla-
3 di.; † nisi p̄t missio spirituали, c. pen. de heretic. c. 4. postulasti. de homicid. Probus in additionib. ad Ioan. Monach. in d. c. 1. de statu regular. lib. 6. Martinus de Fano in tractat. de brachio implorando. Staphileus in tract. de literis iustitiae. §. & sciendum est. nu. 20 Sed ubi remedium † ordinarium potest intentari, cessat extra-ordinarium, l. quædam ff. de eden. & ibi Bartol. num. 1. gloss. in l. virum. ff. sc̄ert. pet. Item cessat officium iudicis, quod etiam est extraordinarium, Corn. in Conf. 18. nu. 11. vol. 3. nam ipsum datur in subsidiū, cum deficit actio, ut notatur in l. Marcellus ff. de fidicomiss. Bartol. in l. qui collationem §. preiū ff. de action. empt. & int. quaro in princip. ff. locat.

Limitant aliqui hanc nostram conclusionem: Primo, ut ordinarius non in subsidium, sed imprimis debeat inuocare auxilium brachij secula-
4 ris, in casu specialissimo † falsis literarum Pa-
pæ, per text. in cap. all falsiorum, de criminis falso. ita
dicit Martin. de Fan. in tractatu de brachio imploran-
do, numer. 2. & sequuntur moderni Babylonici, dic-
entes dictam nostram conclusionem non pro-
cedere in grauibus delictis, prout est crimen falso.
Sed ista limitatio non procedit, quia in d. c. ad fal-
siorum. Index Ecclesiasticus fecit quod potuit
quia degradauit clericum, & tradidit seculari, ut
incorrigibilem, ideo non sumus in casu implora-
tionis ab initio.

5 Considerandum est, † an possit dicta conclusio limitari in casu Extraugantis Iulij Papæ II. de simoniaca Papa electione, in illis verbis: ad cuius quoque confusionem, posint Cardinales, qui predicta elec-
tioni se opponere voluerint, si presumpserint, sergimini Ecclesia Universalis, praetextu talis electionis, ingerere, au-
xilium brachii secularis contra eum implorare. Quæ verba, ut prudenter Andreas Gambara in illius textus relectione exponit, de notoria Simonia in-
telligenda sunt, & de his qui se opponunt ante
adorationem, sed post intronizationem aliter di-
cendum est, ut ibi pereum. Ideo declaranda est
6 hæc conclusio, Brachium † seculare aliquando
imploratur ad adiuuandum & auxiliandum, quia
forte timet Ecclesiasticus de potentia rei, ne fu-
giat, vel quid simile, & tunc proprie est implora-
tio auxiliij secularis, ut per Abb. in cap. quoniam in
fin. de offic. ord. Et hæc inuocatio, etiamsi in princi-
pio facta fuerit, dicitur in subsidium fieri, cum E.
piscopo, vel aliis Ecclesiasticis indigentibus ne-
cessaria visa fuerit; Aliquando imploratur, ut pu-
niant degradatum, & incorrigibilem clericum, seu
alium corporaliter pena efficiat, cui pœna non de-
cer Ecclesiam manus apponere, & dicitur etiam
fieri in subsidium, & ita omni respectu conclusio
remanet verissima.

7 Secundus articulus est, iudex delegatus † ab
initio; & directo potest inuocare auxilium bra-
chii secularis, probatur, quia non potest habere
proprios executores, & familiam armatam, & ita

dicit esse communem opinionem Palatius Ru-
beus in dict. cap. per vestras in 1. notab. num. 5. cum aliis
per eum adductis. de donationib. inter virum & uxorem.
Sed debet † prius inuocare auxilium Episcopi &
iudicis ordinarij, quam in plorare brachium se-
culare, Cardin. in Clem. 1. in 10. qua. de offic. deleg. Ro-
land. in corsi. 37. nu. 6. vol. 1. Aleiat. in c. perniciosem,
nu. 17. de Iudic.

Et licet aliqui dicant, quod iudex delegatus † non possit inuocare brachium, nisi specialiter habeat in commissione, cum facultate inuocandi auxiliū seculare, quatenus opus sit, ut tenet Ab-
bas antiquus in c. significasti. de offic. deleg. qui testa-
tur, quod sic feruet curia, & sequitur. Guilelm. de Monte Laudun. in cap. 1. de offic. deleg. cum aliis relatio-
per Martin. de Fano in dict. tractatu de brachio à nu-
4. vsque ad 14. tamen vetior opinio est, quod dite-
cto possit inuocare brachium, quam firmant in
d. c. significasti. Innocent. Hostiens. & Ioan. Andr.
Cardin. Petr. de Ancharen. Abb. Felyn. & Dec. At
Dec. & Cardinal. testantur esse communem opi-
nion. Et hanctenent Specul. de offic. delegat. §. sequi-
tur. colum. 3. vers. sed nunquid seculare. gloss. in cap. 1. de
offic. deleg. lib. 6. in ver. conservationes. in fin. quæ con-
cludit, ipsos conseruatores, qui delegati sunt,
posse brachium implorare, Archidiacor. in dict.
cap. administratores per illum textum 23. quæst. 5. Fede-
ritic. de Sen. in confi. 163. incip. super inuocatione, & pe-
titione. Oldrad. in confi. 89. in fin. & confi. 19. num. 5.
in fine, ubi quod nedium delegatus, sed etiam sub-
executor possit inuocare brachium ad expel-
pellendum detentorem. Idem tenet Gulielm. de
Monte Laudun. ibi contrarius in clem. vnic. colu. 5.
vers. item nunquid. de offic. delegat. & ibi Ioan. de Im-
mol. num. 33. dicit communiter teneti, executo-
rem posse inuocare brachium seculare, Bald. in
margarita. Innoc. in ver. delegatus. colum. 1. & addi-
tionib. ad Specul. ad titul. de offic. delegat. De qua Com-
muni non est dubitandum, quia in causa delegata
† obtinet vicem delegantis, in omnibus ad 10
causam pertinentibus, inter quæ est executio, ut
per Ias. in confi. 10. volu. 3 & quia delegatus potest
exequi suam sententiam, dict. cap. significasti, ergo
circa illam potest omnia facere quæ potest de-
legans.

Allqui putant hunc articulum debere decla-
rari. Nam tenendo. quod clausula, cum facultate
inuocandi semper debeat aliquid plus operari, ali-
ter frustra eius quod inest expressio fieret. Dicunt,
quod si delegatus sine hac clausula, imploret bra-
chium, † poterit iudex exploratus examinare.
cap. administratores, in ver. examinent. 23. quæst. 5. ergo, 11
vt evitetur Ecclesiastici sententia per seculares
recognitio, clausulam predictam adiiciendam
esse dicunt; cum vero apposita sit, secularis re-
quisitus duxat exequitur, atq; statim brach'ū
impertitur. Ideo in c. ut officium §. denique. de heretic.
lib. 6. clausula præfata adiicitur, sic igitur ex na-
tura cause, & clausula, secularis requisitus ex-
equitur, & quia semper d. clausula apponitur, pro-
pterea distinctio euaneat. Sed ego credo, quod
per dictam clausulam, † quæ de stylo curia sem-
per apponitur, non dicitur de novo dari facul-
tas, sed ipsa potestas excitari, cap. licet. de offic. ordin.
nec est absurdum exprimere clausulas, quæ in-
sunt, ut notatur in c. mandatum. derescript. & hanc
opinio-

26 Iurisconsultorum Italorum. Miscel.

opinionem tenet Federic de Senis in conf. 163, incip. super Inuocatione. Propterea declaratio tota euaneat.

Ex supradictis primo infertur, errare eos, qui argumentantur à secundo articulo ad primum,
¶ 13 † & confundentes terminos, & iura quæ allegant, dicunt, si delegatus potest inuocare directo, ergo & ordinarius: siquidem ordinarius, vt probatum est, habet suos proprios ministros, & executores, per quos ex qui potest, ergo non inuocat directo, sed in subsidium ad coadiuñandum, vel quando degradatum tradit iurisdictioni laicorum. At delegatus propriis ministris caret, ideo inuocat directo, & ab initio, licet, vt dixi, primo debeat inuocare auxilium ordinarij ecclesiastici, deinde secularis.

Secundo infertur errare eos, qui dicunt, iudicem laicum † in casibus, in quibus habet iurisdictionem in ecclesiasticis, puta in reconuentione cum ipse iudex laicus fecerit, quicquid potueris, contra bona, & personas ecclesiasticas condemnatas, vt suam extequatur sententiam, tunc in subsidium debet inuocare brachium iudicis ecclesiastici, vt illos exequatur, ita firmauit Martin. de Fano in tract. de brachio. num. 21. Quia sententia lata † per iudicem laicum in causa reconventionis contra clericum, nunquam executioni mandatur per iudicem laicum, sed per iudicem ecclesiasticum duntaxat executioni demandatur, ad requisitionem iudicis laici; prout ita firmarunt Anton. de Butr. & Socin. in cap. 1. de mutuus petition. Ancharan. in cap. 1. in 4. notab. in fine, de cleric. coniugat. lib. 6. & post alios, quos allegat Viusius in decis. 16 49. num. 6. lib. 1. attestatur se ita in pluribus causis vidisse obseruari; ergo laicus † iudex non implorat brachium ecclesiastici in subsidium, sed directo, quo casu iudex ecclesiasticus ex integro debet reuidere causam, prout latius scribo de hoc in questionibus practicis in parte 4. casu 15. & casu 160.

- 8 Executio non datur extra territorium ius dicentis.
- 9 Executio quando petitur coram iudice, ille est mixtus executor.
- 10 In Executione facienda fauendum est, reo.
- 11 Principes ex debito officii tenentur conseruare iustitiam, inter subditos.
- 12 Index nulliter procedens, dicitur spoliare.
- 13 Index executionis, an possum cognoscere, de nullitatibus sententiae.
- 14 Executor merus, nil cognoscit, de causa & de nullitatibus.
- 15 Executione commissa de sententia nulla, est rescribendum committenti.
- 16 Sententia nulla non est executioni mandanda.
- 17 Sententia non est exequenda, vbi sufficitur de iniustitia.
- 18 Executio non est permittenda, à mero executore, quando est appellatum.
- 19 Brachium secularis, quare non imploreatur super executione sententiae in criminibus mixti fori.

Nunc videndum an laici rogati de imperitione brachij possint cognoscere de viribus sententiae, quod expediendum est per quatuor articulos, in quibus consistit totum negotium.

Primus articulus est; Index secularis † imploratus de brachio contra hereticos, vel de heresi suspectos, in causa inquisitionis pro executione sententiae latæ contra quoscumque, sive clericos, sive laicos, sive etiam ad adiuuandum, & capiendum, tales facinorosos, non potest aliquo modo cognoscere, neque de sententia, neque de processu, aut indicis contra ipsos:

Secundus articulus est; Index secularis † imploratus super brachio imperiendo contra clericum actualiter degradatum, & sibi traditum, non cognoscit de viribus sententiae, quia iudex secularis fundat suam iurisdictionem, in Clericum degradatum, per qualitatem degradationis, cap. degradationis, deponit. lib. 6. Abb. in ca. nouimus de verbis. f. g. f. Dec. in cap. cum non ab homine. nu. 6. 8. de iud. ergo nisi constet, vel presupponatur † dicta 3 qualitas, nimirum iusta degradatio, nulla competit iurisdictione. l. 2. §. sed si dubitetur ff. de iudic. l. si quis aliena ff. eod. tit. l. 1. §. ait prator. ff. ne quid in fl. m. publ. l. prator. §. docere. ff. de vibon. r. a. Bart. in l. multum, ff. de condit. & demonst. at. & in l. finita. § Julianus ff. de damn. infect.

Tertius articulus est; Index laicus imploratus † à partibus, pro executione sententiae latæ, inter 4 laicos à quocunque iudice, in concernentibus utilitatem priuatam, potest de viribus sententiae cognoscere, & intelligo parte replicante, contra quam est exequendum, aliter executio impediri non debet, vt firmarunt Belluga, in suo speculo. Princip. rubric. II. nu. 4. vbide imploratione brachii tractat, Paris. de Put. in tractatu de Syndicatu, in ver. brachium, Andat. in 1. constitutione reg. 1.

Nam sententia † gignit actionem in factum, 5 vel iudicati, l. intra dies ff. de re iudic. in vers. ex iudicato agi. verbum agere, denotat ordinariam actionem, & requirit litis contestationem, l. licet, §. si plures, ff. de procurator. l. 1. ff. de edend. quo casu iudicium est ordinarie peragendum, l. item veniant. §.

item

III. Membrum ex ca. 51. d. tractatus. An Principes laici rogati pro imperitione brachii secularis, possint cognoscere de viribus sententiae exequendæ.

S V M M A R I A.

- 1 Brachio implorato, contra hereticos, laicus nil cognoscit.
- 2 Index secularis, non cognoscit contra clericum degradatum.
- 3 Degradationis qualitas, non potest controverti per iudicem secularrem.
- 4 Index laicus imploratus à partibus pro executione sententiae, quando cognoscit de illius viribus.
- 5 Sententia parit actionem iudicati, & in factum.
- 6 Officium iudicis non ambulat, de uno tribunal ad alterum.
- 7 Officium iudicis est remedium extraordinarium, & quando cesserit.

Item recte ff. depetit heredit. & l.i. C. quando ex fact. tut. & hanc tenent Bart. in d.l. intra dies. & Specul. in tunc de execut. sentent. §. breuiter. in princip. Ioann. Baptista de sancto Blas. in tractatu de actione. & eius natura. cent. 2. num. 71. & ex ea agitur iudicis officio, quia imploratur executio, l. à diuino Pio. §. si super rebus ff. de re iudic. Sed officium † iudicis non ambulat de uno tribunali ad alterum, Bald. in l.fin. num. 3. C. de testib. tanto minus de tribunal non subdito eidem Principi. & tunc iure ordinario deseruiunt dictæ actiones, & cessat iudicis officium, † tanquam remedium extraordinarium, l. quadam. in princip. & ibi Bald. ff. de edendo. gloss. penult. in l. vinum ff. si cert. pet. Bald. in l.fin. §. fin autem. num. 2. in princip. C. de fact. Corneus in consil. 18. col. 1. vol. 3. Bart. in l. qui collationem. §. pretii. ff. de actionibus emp. Item executio † extra territorium non datur, gloss. in ver. cumparatur. in 2. expositione, in l.fin. ff. de iurisdictione om. iudic. quam sequitur Andr. in turulo de controversi. inter me & Domin. de beneficio. num. 7. & seq. Et ad hoc est textus, in l. cum vnu. §. penult. ff. de bon. auctor. iudic. poss. dend. Quia e iam bis causa reuideri potest à diversis iudicibus alterius iurisdictionis, casus est, in §. si vero crimen. in auth. de sanctis. Episcopis.

8. Item hic supplicatur executio coram iudice, † ergo mixtus est executor, non merus, neq; nudus minister, gloss. 1. clem. 1. & ibi Cardinal. in quast. 13. de offici. delegati. Bartol. in l. 1. in princip. ff. de re iudic. & supplici. ut ob defectum iurisdictionis, quiete in iudice sententiae, d.l. si. ff. de iurisdictione om. iudic. quo casu index postulatus habet omnem cognitionem, Bartol. in d.l. à diuino Pio. numer. 5. Abb. in cap. de catoro num. 4. ver. secundo membro, de re iudic. Item quando executio sententiae petitur coram diuiso iudice, 9 statim pars opponit, cui in executione, † fauendum esse iura clamant, l. favorabiliores. ff. dereg. iur. cap. cum non sint. eod. tit. lib. 6. Bartol. in l. si quis intentione ff. de iudic. Iple index teum debet indicate ut subditum Abb., in cap. 1. num. 12. de offici. ordinari. & d. §. si vero crimen. auth. de sanctis. episcop.

10. Principes † siccirco redditus à subditis iuste percipiunt, vt inter eos iustitiam conservent in terra, D. Thom. in 22. quast. 62. art. 7. alias tenentur ad fructuum perceptorum, restitutionem; Interest publice habere vasallos dñites, & ab aliis contra iustitiam non spoliai; sed iudex nulliter procedens, † & ideo iniustitiam faciens, dicitur spoliare, Cravett. in consil. 118. num. 8. Socin. sen. in consil. 12. volum. 1. Pontanus in tract. de Spolio. lib. 3. num. 107. Siccirco non debet arctari ad execundam sententiam alterius iudicis latam inter suos subditos, & de negotio de quo potest ipse cognoscere, d. §. si vero crimen. in auth. de sanctis. episcop. quē textum ita communiter citant Doct. antiqui, Guilielm. de Cuneo, in l. magistratibus. ff. de iurisdictione om. iudic. & Bartol. ac Bald. ibidem. & hoc tenet Baldus per illum textum in auth. clericus. C. de episcop. & cleric. & Angel. in d.l. magistratibus.

Aliqui dicunt, quod si d. sententia exequenda, 12 † lata esset à iudice superiore illius ditionis, cui est subditus, iudex imploratus, pro executione, tunc potest de nullitatibus, d. sententiae allegatis, cognoscere, non vt pronunciet sententiam exequendam non esse, sed vt supersedeat, atque remittat ad ordinarium iudicem, qui illam protulit,

hic est casus, in l. si prator. §. Marcellus. ff. de iudic. & firmarunt Innocent. & alij in ca. de catoro. de re iudic. quod secus esset; si illi committeretur expresse à suo iudice superiore, quia tunc esset merus executor, † Bald. in l. & si non cognito. C. si contra ius, 13 vel vtilit. public. Cardinal. in cap. pastoralū. §. quia vero de offici. delegat. & inclem. 1. §. penult. quast. de foro compet. Innoc. in cap. cum olim de priuileg. Angel. in l. si ut proponit. C. de execut. rei iudic. Alex. in consil. 77. col. 2. vol. 2. & ibi late Apostilla. & consil. 95. eod. vol. 2. Guido Pap. in decis. § 74.

Sed ego teneo, quod etiam si esset commissa executio † sibi à suo superiore, de cuius nullitate constat, non sit exequenda, sed debeat ad superiorē rescribere pet regulam, cap. si quando de rescript. quod comprehendit etiam laicos, ut inibi docet, Nauarr. & est textus de iure ciuilis, in §. deinde competens, in auth. de mandatis Principi. Et quod non debeat sententiam †, nulliter latam exequi, 14 firmarunt, Innoc. in cap. ad aures, de atate & qualit. Batt. in l. diu. ff. de custodi. reorum. Anchoran. in consil. 372. vbi subdit, quod nedum nullitas impedit illius executionem, sed etiam eiusdem iniquitas, Franc. in cap. dilecta. num. 73. de appellat. qui dicit esse casum, in cap. constitutus, num. 3. de testib. Anton. de Butrio, in cap. tuam. in fin. de ordine cognit. & est decisiō Francisci Marci 269. part. 1. Imo etiam si luspiaretur de iniustitia † sententia non deberet 15 exequi, Ioann. Andr. in cap. cum iureperitus. de offici. deleg. & in dict. cap. 1. de offici. ordinari. Thom. Ferret. in sua causa 54. qua incipit. si coram aliquo iudice. Felyn. in cap. cum si generale, col. 6. verific. limita quinto. de foro compet. sicut non est permittenda executio ab inferiori iudice, etiam nudo, & mero † execute, quando à sententia est appellatum, Abb. in d. cap. 1. col. pen. & final. de offici. ordinari. Bart. in d.l. diu. Oldrad. in d. consil. 89. quod procedit, etiam si appellatio non fuisset admissa, Grammatic. in consil. ciuil. 109. numer. 5. quia si hoc casu posset impune resisti, l. quoniam iudices. C. de appellat. & notwithstanding ibi Innocent. & Abb. Item Felyn. in capit. si quando, de offici. deleg. ergo multo magis debet permitti ministro, qui non exequatur, sed supersedeat, & rescribat, d. cap. si quando, de rescript.

Super executione sententiae † in criminibus 16 mixtifori, non est opus tractare de imploratione brachij secularis, vt nostri æmuli ad diminutionem huius capitii opponebant; quia de ipsis delictis mixtis traxto in tota secunda parte, & plus mille articulorum exarantur inter utrumque iudicem. At si Ecclesiasticus personam præueniret, cum suam possit exequi sententiam per proprios ministros, vt probauit supra, in capit. 50. ideo brachio seculari non indigeret, & si præter captiui personæ, præueniret causam, & impediretur a laico iudice, inhibitionibus, & censuris, atque aliis remedii suam iurisdictionem, & præventionis causam, defendet, de quibus scribo in d. secunda parte; Nec licet, nisi toto operi perspecto, sententiam dicere,

IV. Membrum, Cap 52.d. Tractatus. fol. 151. An Principes laici, & eorum iudices rogati, si non impertiantur brachium, possint ab Ecclesiasticis pœnis temporalibus, & spiritualibus affici.

S V M M A R I A.

- 1 Brachio denegato, vel neglecto, seculares possunt excommunicari.
- 2 Feudatarii Ecclesia sub qua pœna non possint denerare brachium seculare.
- 3 Iustum presumitur quod à Principe ordinatur.
- 4 Vasallus est obligatus obedire Principi directo domino.
- 5 Homagium quid importet circa obedientiam.
- 6 Ingratus dicitur qui non obediens domino præcipi- enti super feudo, & eorum Vasallis.
- 7 Feudatarius non obediens præcepto domini sub pœna indignationis sua, feudo priuatur.
- 8 Brachium impetriri recusantes, sub pœna indignationis Petri & Pauli, possunt beneficium priuari.
- 9 Vasallus vasalli mei, non est vasallus meu.

Vltimo videndum est, qua pœna puniantur seculares implorati de brachio, si in auxilio præstando contumaces, aut negligentes fuerint. Respondendum tamen est primo, quo ad pœnam spiritualem excommunicari posse, capit. ad abolendum §. pen. cap. excommunicamus §. moneantur. de heretic. & probat D. Penna, super directio in 3. parte, super quæst. 57.

Quo vero ad pœnam temporalem, distinguendum est. Nam si feuda immediate non retineant ab Ecclesia, poterunt honore, & quacunque dignitate priuari, ut probant supra dicta iura: si vero feudatarij tamen ecclesiæ, statim eis obediendum est.

3 Primo, quia iustum tamen presumitur, quod à Principe supremæ potentie ordinatur, Roman. in consil. 436. numer. 12. versic. & si dicatur, quod in principe. Socin. in consil. 273. numer. 11. versic. & si dicatur. volum. 2. Iason. in l. si testamentum. numer. 5. ultimo limita. C. de testam. Ctauet. de antiquit. part. 1. §. non omitto circa præmissa. numer. 23. versic. limitatur nunc predicta conclusio. Grammatic. in consil. 100. numer. 17. Capyc. in decis. 51. Abb. in capit. cum olim. numer. 17. dere iudic. & in capit. cum venissent numer. 8. de iudic. Præsertim ratione subiectorum, qui sunt eiusdem supremi Principis dominatione, Felyn. in capit. qua in Ecclesiæ. numer. 60. & plur. seq. & ibi Abb. numer. 15. de consit.

4 Non est in facultate Vasalli tamen recusare obediens superiori, qui vasallus ligius principaliter obligatur obediens viculando eius personam, & in consequentiam venient bona, accessione ad personam, tanto magis illa bona, quæ à supremo

hoc Domino præcipiente recognoscuntur, quæ reali onere in primum Dominum sunt affecta. Hoc importat tamen præstare homagium, si non s' obediensit Domino, dicitur ingratus, & licet super ingratitudine certa definitio dari non possit, ut dicit textus in titulo, quibus ex caus. feud. amittit. Tamen vasallus, qui non obedit Domino iuste præcipienti super feudis, vel feudorum vasallis, satis dicitur tamen ingratus, putat enim habere, ex seipso, quod ab alio habuit, quæ fortior est ingratitudine, ut dicit Alexander Anglus, in suo distractorio vitiorum, part. 6. capit. 4. col. 2. & quasi negare videtur, se esse vasallum, quo casu, potest feudo priuari, c. si vasallus. si de feud. defunct. fuerit controvers. inter dom. & agnat. Innoc. in cap. cat. terum. de iudic. Guido Pap. decis. 436. Caccheran. decis. 29.

Et si præceptum factum tamen fuerit sub comminatione pœnali indignationis suæ, poterit illum obediens recusantem feudo, vel dignitate priuare, ita tenet Bald. in c. 1. §. porro quæ sit prima caus. benefic. amittit: quod quando in literis apostolicis, pro quarum executione implotatur brachium, imponitur; sub pœna tamen indignationis Petri, & Pauli, quam se nouerint incursum; talia verba comminatoria important, quod obediens reculantes, poterunt priuari propriis beneficiis, de qua pœna indignationis loquitur idem Bal. in l. cunctos populos. C. de summa trinit. & in Auth. Statuimus in 9. quæst. C. de episcop. & cleric. Et quod vasallo non obediens tamen cuiuscunque mandato facto à superiore Domino, sub indignationis pœna, feudum cadat in commissum, in specie decidit Chassar. in catalogo gloria mundi, parte 5. consideratione 13. num. 4.

EX TRACTATIBVS CIVILIBUS: DE PROCESSU per viam censoriarum, & inuocationis brachii secularis.

ANTONIVS GALESIUS MASSA,
Ad formulam Cam: oblig. part. 2. §. Reliqua
de processu.

In causis aliis, in quibus ad executionem proceditur via censoriarum, & postremo inuocationis auxiliis brachii secularis, proceditur tali modo, quod si declaratus infra decem dies sequentes, non paruerit, deinde cum interuallo aliorum decem dierum ab uniuscuiusque sequentium actuum publicatione, proceditur citato ipso reo declarato ad aggrauationem, reaggrauationem, interdictum & brachiis secularis inuocationem. Quæ forma procedendi quam causam habeat, considerare possumus ex antedictis in vers. Prateritis ergo &c. Videlicet, ut crescente contumacia, crescat & pœna. Tamen eius initii tempus, & auctorem, & cur potissimum decem dierum numerus institutus fuerit, non memini legisse, nisi qm is procedendi modus (quanti ego meminisse quea) non ponitur à Speculatori, sed habet eius mentionem Paulus Cast. credi potest, illo intermedio tempore fuisse per viam Rom. Curia ita institutum. Verba Pauli in cons.

de process. perviam censur. & Inuoc. brach. 29

41. antiqua impressionis, quod est secundum uouam impressionem in prima parte 321. incipien. Vt si actis & actitatis; vers. In quantum vero dicta capture fundatur super lnera Pantaleonis, in quantum inuocat brachium seculare, adhuc clarus videtur debere tuere; quia propositore facta fuit, & non seruata forma dicta litera in duabus. Primo in dicta litera dirigitur personis ecclesiasticis, mandanteis, quod debent prefatum Thomasi denunciare excommunicatum, grauare, & reaggravare, iuxta solitum Stylum, Postea subditur in litera: Demum vero si dictus Thomas adhuc animo indurato, & sua salutis immemor, & cetera. Et subiicitur, in dictum casum inuocato auxilium brachii secularis, ut ex tenore litera patet. Non ergo potuit recurriri ad secularem Iudicem, nisi postquam ecclesia non habebat quid ultra faceret: quia tunc prefatus Thomas deductus fuisset in profundum malorum, iuxta not. in cap. cum non ab homine: de iudice & sic, postquam dicta aggrauatio, & reaggrauatio per Iudices ecclesiasticos facta fuisset: quia sic postulat ordo tam dicta litera, quam etiam iuria. Hactenus Paulus: Ipsius autem aggrauationis, quæ suo tempore erat in vnu, causam simul, & formulam ponit Spec. in tit. de sententia. §. de diversis sententiarum formis, nū. 31. per hæc herba. Verum quia excommunicato in sua contumacia perdurante, Iudices volunt quandoque suam sententiam aggrauare, ut contumacia crecente, crescat & pena. cap. quoniam. de officio. ordin. & quinquagesima distincta. quia Extra, de cohabitac. clericis. & mulier. cap. clericos. in fin. C. de ser. fugi. §. quicunque in princi. depen. l. relegati. §. qua quinta, quando ad fin. potest ut tunc procedere ad suspensionem, vel priuationem perpetuam & officij, & beneficii, ut Extra de atat. & qual. c. cum bona. de test. cog. cap. cum super causa. 32. dist. c. prater hec. de appell. c. Pastorale. de cohabitac. clericis. & mul. cap. clericos & cap. seq. vel etiam ad depositionem, vt extra de do. & contra cap. veritatis. Cuius sententia Forma talis erit.

Cum † nos P. Dei miseratione Episcop. talis Ecclesiæ talis sua exigente contumacia, olim excommunicationis vinculo duxerimus inondandum, ipseque contemptis clauibus Ecclesiæ, velut filius inobedientia, adhuc in graue animæ sua præludicium, & scandalum fidelium pertinaciter in sua contumacia perseveret, & excommunicationis sententiam, qualigatus est, animo sustineat indurato, idcirco, ne de sua contumacia valeat gloriari, & ne facti sui peruersitas transeat præsumptoribus in exemplum, sed potius pena eius sit aliorum metus, nostram sententiam aggrauantes iuxta meritum culpæ illius, eum ab officio & beneficio duximus suspendendum: vt in predictis concord. & Extra. de vit. & honest. clericor. c. vt clericorum. §. si quis igitur. & de iudic. cap. at sceler. de excess. pralat. cap. tanta, de homic. cap. pro humani. lib. sexto.

† Ex quibus colligi potest, quod vbi iudex ecclesiasticus habet facultatem exequendi de facto perse ipsum, non cogitur in aggrauatione procedere via censurarum, sed potest procedere via facti, ad suspensionem, seu priuationem officij, seu beneficii. Et idem dicendum est de inuocatione auxilii brachii secularis. Quod ut clarus liqueat videtur paulo altius esse repetendum.

Secularis potestas quandoque inuocatur, ut puniat degradatum, aut incorrigibilem clericum, seu alium corporali pœna afficiendum, cui pœna

non decet ecclesiæ apponere manum. † & dicitur in cap. cum non ab homine. de iudic. Quæ quoniam non est nostri subiecti, de illa non videtur hic amplius esse dicendum: Neque tunc propriæ dicipotest inuocari auxilium, sed dicitur reus tradi potestati seculari. † Quandoque vero inuocatur auxilium ad adiuuandum, auxiliandumque iudicem ecclesiasticum, si forte timet de rei potentia, vel ne fugiat, aut quid simile. Et tunc proprie est inuocatio auxilij, vt declarat Abb. in dicto capitulo, quoniam. in fin. de offic. ordin. allegat. cap. vt fame. de sen. excommuni. & cap. I. eod. tit. de offic. ordin. † Et hæc inuocatio cadit interdum in obligacionis nostra executionem, interdum non est necessaria: & vbi non est necessaria, non est facienda; quoniam iura de ea loquentia semper vertuntur verbis: si necesse fuerit: si opus erit: & similibus. Ut declarat Oldr. in consilio 89. in fin. & practicam eius inuocationis facienda ponit, Hostien. in cap. postulasti. de homic. in gloss. verbi simpliciter: vt si iuxta terminos illius cap. dicat clericus potestati seculari: † Tales Parrochiani mei sunt mihi rebelles, excommunicauit eos, sententiam contemnunt, nō habeo ultra quid faciam, recurro ad vos, vt ipsos distingatis, & mihi satisfacere compellatis. † Ex quibus (redeundo illuc, vnde dixi gressi sumus) vbi iudex ecclesiasticus potest per se ipsum facere executionem in beneficiis, seu aliis bonis, vel in persona, & non indiget auxilio secularis potestatis, non est necessaria aggrauatio excommunicationis, & improprie dicitur brachium secularis inuocari: cum magis convenient, propriumque sit immediate decernere mandatum executuum. † Verum tamen, vt uniformis esset procedendi modus, ad euitan-damque varietatis confusionem (vt ego quidem existim) in huius obligationis executione media quedam via fuit electa: nam præteritis à publicatione supra dicta decem diebus uno eodemque contextu, reus citatur ad videndum excommunicationem contra se fulminatam, aggrauari, & reaggrauari, litera que aggrauatorias, & reaggrauatorias, usque ad inuocationem auxilii brachii secularis, inclusive decerni, & concedi: & ita in termino citationis omnia simul decernuntur, & conceduntur, reproducta prius publicatione literarum declaratoriæ: & super tali decreto conficitur instrumentum, cuius virtute postea proceditur ad realem executionem. Quæ omnia ex peruvul-gato ipsorum instrumentorum contextu facile intelligi, & cognosci possunt. † Si obligatio facta sit cum susceptione censurarum, & mandati executiui, de qua saepè superius loquuntur sumus, & quo iure illius vñus possit sustineri, (vt puto) docuimus: tunc dato eius instrumento auctentico, & liquido: & (si per alium notarium, quam per illum qui futurus est auctorius, sit rogatum) recognito, non requiritur alia citatio, nisi in ipsa obligatione (prout multicautiæ agentes, dum se obligant, ponit volunt) dictu fuerit, quod debeat procedi citatione præmissa; sed immediate creditor petit, obtinetq; extrahi, & sibi dati instrumentum censurarum, & mandati executui: Attamen ex urbanitate interdum pro retum, & personarum qualitat, Iudex

30 Iurisconsultorum Italorum. Miscel.

mandat citari debitorem ad satisfaciendum, alias videndum extahit, & concedi censuras, & mandatum executiuum.

to, concedendum non est, cum ab eius sententia appellari constat. Oldrad. *confil.* 89. Alb. in *l. Episcopale*. C. de *episcop.* Roland. à *Vall.* *confil.* 37. *numer.* 10. *vol.* 1.

EX LECTVRIS

Petri Andreæ Gammari Bononiensis.

IN REPETITIONE EXTRAVAGANTIS
Iulii 2. De Sym. Papa Electione, num. 195.
De fundamento huius materia agit.

BRACHII SECVLARIS. De quo per Innoc. *C. insignificasti, de offic. del. ratio est*, quia Principes seculares dicuntur Rom. Eccles. defensores, cum religionem armis tutari debeant. *c. boni principes*, 23, q. 8. *c. Maximianus*, 23, q. 3. *cap. Christianus*, 11, q. 1. quamobrem cum infertur iniuria clericis, ea est vendicanda non per clericum, cuius proprium est ignoroscere, & sic ignoscendo gloriam querere, sed per seculares Principes. *l. si quis in hoc genus. C. de Episcopis & clericis l. episcopale C. de Episcop. aud.*

EX CONCLVSIONIBVS & sententiis: in quibus Varia de utroque brachio rapsodice coaceruantur.

1. Ex *Æmilio Marco Monofoſſa, in addit. ad Bertachinum.*

BRACHIVM seculare Iudex Apostolicus delegatus, ut sententia sua executioni mandatur, communis sententia implorare potest, quamvis in delegatione nullum hac de re sit verbum. Illust. Cardinal. Hostien. in *cap. 1. de offic. delegat.* Butr. in *capitu. statuum, eod. de offic. deleg. Archi.* in *cap. administratores*, 23, *quæst. 5.* Innocent. P. M. Ilustr. Cardinal. Alban. Felyn. Deci. & alii in *capitu. postulati. ead. clem. de offic. delegat.* Abb. in *capitu. si quis contra clericum. col. penult. de foro competen.* Illust. & Reuerendiss. Cardinal. in *cap. 1. quæst. 10. de offic. delegat. in clement.* Baldus, & Salicet. in *l. in Criminali. C. de iurisdict. omnium iudic.* Paul. de Caſtr. in *leg. Episcopale*. C. de *Episcop. & cler.* Oldrad. *confil.* 89. in *extra. confil.* 319. in *extre. Feder. de Sen. confil.* 163. Roland. à *Vall. confil.* 37. *nu. 1. vol. 1.* etiam si alius Alb. tradidit. in *d.l. episcopale* Feder. *de Sen. confil.* 251. Calcan. *confil.* 119.

Brachium seculare Iudex ecclesiasticus implorare non debet, nisi cum nihil aliud sibi agendum superesset, omniaque alia se frustra expertum videt, *cap. 1. de offic. ordin. cap. 1. de statu monach.* in *6. Doct. in cap. cum non ab homine. de iudici. c. significasti. de offic. deleg.* Alb. in *l. episcopale*. C. de *episcop.* Afflict. in *conflit. regni. in preœm. rub. num. 44.* Oldrad. *confil.* 89. *col. 2.* Calcan. *confil.* 119. *col. fin.* Roland. à *Vall. confil.* 35. *n. 5. vol. 1.*

Brachium seculare iudici ecclesiastico delega-

BRVNONIS A SOLE IN Repertorio in VERBO:

BRACHIVM SECVLARE.

BRACHIVM † seculare potest implorari per iudicem delegatum sedis Apostolicæ pro executione sententia, quamvis expresse in sua commissione hoc sibi non concedatur, ut per Archid. in *cap. Administratores*, 23, *quæst. 5.* Oldrad. *confil.* 89. *incip. Episcopus. in fin. post. Host. in cap. 1. de offic. deleg.* idem Oldrad. *confil.* 319. *in fin. post Bernat. in cap. statutum de offic. deleg.* Feder. *confil.* 163. Baldus & Salicet. in *l. in Criminali.* C. de *iurisdict. omn. iud.* Caſtreñ. in *l. Episcopale*. C. de *Episcop. aud.* & in *confil.* 39. *secundum antiqu. impres.* Card. in *clem. 1. quæst. 10. de offic. deleg.* Innoc. Abb. Felin. & alii in *c. postulati. de offic. deleg.* vbi Dec. dicit hanc esse communem, quam etiam firmat. in *cap. significasti. de homicid. col. 2. vers. extra gloss. queritur.* post Innocent. Host. Ioann. Andr. Cardinal. Anch. Abb. & Fel. ibi quam etiam amplectitur, Abb. in *cap. si quis contra clericum. colum. pen. de foro comp. reprobata opinione Arch.* in *cap. vi officium. de heret.* in *6. Fed. confil.* 251. Alber. in *d. l. Episcopale*. & Calcan. *confil.* 119. qui voluerunt, eum non posse seculare brachium inuocare, nisi in concessione hoc sibi permittatur, & ita curiam seruare dicit Abb. in *capit. significasti. de offic. deleg.* refert Roland. *confil.* 37. *omisso. nu. 1. par. 1.*

Quid † autem sit in Episcopo, an scilicet pro 2 Executione iusticie debet implorare auxilium brachii huiusmodi? pendet hoc ab illa quæstione, an scilicet Episcopus qui iurisdictionem ordinariam habet, possit habere officiales armatos pro Executione sua iurisdictionis, de qua Abb. in *dicto cap. significasti. de offic. deleg.* super qua remitto ad Gundisal. de *heret. q. 11. nu. ibi. & 17.*

Brachium † illud inuocandi talem credit esse formam, Ant. Mas. Gales. ad *formam Camer. oblig.* super *vers. reliqua de processu. num. 53.* Tales parochiani mei sunt mihi rebelles, excommunicauit eos, sententiam contemnunt, non habeo ultra quid faciam, recurro ad vos ipsos distingatis, & mihi satisfacere compellatis, ex Hostiens. in *capit. postulati. de homicid. in gloss. super ver. simpliciter.*

Eius † tamen inuocatio facienda non est vbi non est necesse, quoniam iura de ea loquentia, semper vtuntur verbis, si necesse fuerit, si opus fuerit, vt declarat Oldrad. *d. confil.* 89. *in fin.*

Tunc autem proprie fieri dicitur, cum inuocatur ad adiuuandum iudicem Ecclesiasticum, si forte timeret de rei potentia, vel ne fugiat, aut quid simile, vt declarat Abb. in *cap. quoniam. in fin. de offic. ordin. per c. 1. eod. lit.* & C. *vi fama. de sentent. excommunic.*

Ad † illudque vt dixi recurrentum est in oportunitatibus, *cap. 2. in fin. de cler. excommunic. miss. cum concord.* ibi. & per Ioann. à Capist. in *Spec. cons.*

7. n. m. 208. nec tamen † passim & indistincte concedi debet, sed in casu, quando scilicet iudic. ecclesiasticus fecit quod potuit, & non habet ultra quid faciat, cap. cum non ab homine. de iudici. & capit. 2. de malef. ibi, si necesse fuerit. vt & sup. dixi. idque assertit Staph. super comm. & lit. iust. versic. primo sciendam. numer. 20. Lælius. Iord. de Rom. sedis Orig. cap. 8. numer. 42. & 43. Vbi de materia, de qua supra, ver. quid autem sit in Episcopo. 2.

8. Et potest † implorare contra detinentes decimas, si detinentes compelli non poslunt per censuras ecclesiasticas, Host. Ioan. Andr. & alij in cap. in alijs quibus de decim. argumen. dict. cap. postulasti. de homic. Rebuff. de decim. quaf. vlt. numer. 48. 9. Et † ad dicta sup. in versi. eius tamen inuocatio. 4. Vide text. in cap. vi officium. §. denique, ibi, si opus fuerit inuocato. Et de heret. in sexto. & in capitulo primo. §. & quoniam. ibi, inuocato ad hoc, &c. de stat. regul. in sexto. ad quae etiam facit text. & ibi Bard. Bald. & Castr. in l. si quis in hoc. C. de Episcopis & Clericis. facit etiam text. in capit. 2. ibi. & Episcopus minime. &c. decler. excommun. ministri. & text. in capit. 2. versic. per temporalem, ibi, si necesse fuerit. de malef. quem ad hoc citat Oldrad. dictio consil. 89. quod etiam dixit Bald. post Iacob. de Butrig. in lege secunda. in versic. fin autem. C. de his qui latron. occult. Feder. dictio. consil. 251. Staphil. de lit. grat. rubr. de signat. lit. iust. numero quinto, versic. vbi quis per. excusat. pri. Quo † vtendum, dixi superius, quando Ecclesiasticus fecit, quod potuit, & non habet viterius quid faciat, & sic præmisso prius spirituali, capit. penult. de heret. d. cap. postulasti. de homic. & ibi Abbas 1. not. clement. 2. in versic. remedio. derelig. dom. Albert. in d. l. Episcopale. colum. 2. numer. 4. versic. & dic. quod talia inuocatio. Angel. in l. qui restituere: colum. 2. numer. 5. versic. in eadem glossa. nisi in subsidium. de rei vendic. Fian. in capit. dilecto. de sentent. excommun. in sexto. 2. not. & in d. capit. postulasti. de homic. Cardinal. post Laud. in clement. 1. questione 10. in fin. de offic. deleg. Impertinendum † tamen esse, vbi iuste petatur: secus vbi iniuste, dixit Oldradus, in d. consil. 89. colum. 2. per rationem text. in capit. 1. de officio ordin. ibi; Et, cum opus fuerit, publicum conuocent auxilium, non ad præsudicandum, sed potius ad ea, quæ Deo sunt placita prosequendum. & ibi Innoc. Bald. & Abbas 12. qui infert † ad questionem de Episcopo volente visitare quandam Prælatum inferiorem, qui asserebat se exemptum, & ideo appellauit ad summum Pontificem, quem Episcopus excommunicauit, cui, quia petebat iniuste, fuit denegatum brachium seculare, quod etiam ante Abbatem tenuit ibi Ioann. Andr. hancque sententiam communem assertit ibi Abb. colum. 4. vers. & per hoc deciditur. late Alber. in d. l. Episcopale. Alex. consil. 130. colum. 2. in princip. volum. 4. vers. præterea. 13. Vbi † dicit, quod vbi brachium alterius inuocatur, non est denegandum, nisi † euidenter constet id iniuste imploreri. 14. Quid † autem sit, quando Ecclesiasticus implorat brachium seculare, an iudex secularis debeat illud impetriri, causa à se indiscussa, vel eam prius discutere debeat? magna est controuersia propter text. in Auct. de Sancto. Episc. collat. 9. in §.

si vero crimen. ibi secundum leges item examinans: causæ finem imponat. Cuius discussione pro nunc omissa, pro summaria resolutione distinguendi sunt tres casus. Primus, quando agitur de criminis mere ecclesiastico. Secundus, quando de criminis nō mere ecclesiastico. Tertius, quādo de criminis mixto. PRIMO casu † nullæ sunt partes iudicis secularis, nisi impetrando brachium ecclesiastico, ad eius requisitionem, exemplum ponunt Doctores in criminis hæcesis, † quod, 17 cum sit mere ecclesiasticum, cap. vt inquisitionis §. prohibemus. de heret. in 6. nullo modo potest de eo secularis cognoscere, sed simplicitet exequi ex iuris dispositione tenetur, d. §. prohibemus. capit. presidentes. eo. tit. & ita ex text. in d. §. prohibemus, tenet Bald. in Auth. clericis. C. de Episcop. & clericis dūm dicit in fine, si vero crimen sit ecclesiasticum, episcopalis erit examinatio & castigatio, Ang. in L. Diuina. colum. fin. ver. & dixit Bart. de custodi. reor. & in l. 1. C. de exhib. reu. Salyc. in l. ea quidem. colum. 6. quest. 10. C. de accus. Iason. in l. magistratis. colum. fin. numer. 10. ver. vltimo quarit. Bart. de iurisdict. omn. iud. quod & omnes ibi tenent, reprobata Bartoli sententia, vt per Dec. ibi. numer. 13; vers. vltimo Bart. pro quo vid. Boer. quest. 90. numer. 4. Siman. de heret. tit. 66. qui alios refert: Purp. in d. l. magistratis. colum. vltim. Royas. sing. 107. numer. 4. vbi alios adducit. & nedum in hoc, sed in quolibet alio mere ecclesiastico, vt ait Dec. vbi supra & in cap. at si clericis. col. 7. versic. Sed hoc idem esset. de iudic. numer. 100. post Abb. in capit. 1. col. 1. de off. ord. SECUNDUM casu † Abb. 18 in cap. nouimus de verb. sg. dicit, non oportere iudicem secularem de ipsius punitione tractare, nisi sibi fiat fides de processu, quia ille de iudicis secularis foro efficitur, eumque, non ut meritus executor, sed vt iudex, & vt sibi subditum iudicare debet, vt in §. si vero crimen. in Auct. de Sanctis. Episcop. vbi vero non traderetur seculari, vt sit de eius foro, sed ecclesiasticus peteret vt secularis exequeretur, tunc secularem exequi teneri, licet nō fiat sibi fides de processu ait Abb. in dict. c. 1. de off. ord. & tex. in c. 1. de except. in sexto. post Innoc. ibidem. Et huius † casus datur exemplum 19 in degradatione clerici, iuxta. text. in capit. degradatio. de pœn. in sexto. in executione enim iusticæ inferior videtur iudex secularis. cap. Princeps. & in capit. administratores. 23. quest. 5. Hoc tamen † in- 20 tellige, nisi iudex secularis sciret sententiam ecclesiastici iniustum: quo casu non teneri illam exequi, saltem in causa criminali, ait Abb. in dicto capitulo primo. Cum † non debeat esse executor ad malum, contra conscientiam, sequitur Ang. in l. 1. C. de exhib. reu. ex Innocent. in capit. pastoralis in versic. iniustum. de offic. deleg. & in capit. cum in iure. columna prima. versicul. si autem vnu eod. titul. TER TIO casu, † quando sci- 22 licet agitur de criminis mixto, vt de sacrilegio, & simul. de quibus gloss. & Doctor. in capit. cum sit generale. de foro compet. tunc secularis non tenetur stare processu facto ab ecclesiastico, dicto §. si vero crimen. quem ita magis communiter intellegunt Doctor. in dicto l. magistratis. nam in † hu- 23 iusmodi casibus vterq; iudex cognoscere potest, dicto capitulo, cum sit generale.

32 Iurisconsultorum Italorum Miscell.

- 24 Et sic remissus reperitur de foro iudicis secularis, & iudicari debet, ut subditus, Abb. in d. c. i. colum. penult. Alexand. Dec. & alii in dict. l. magistratib. 25 & Dec. in d. c. at si cleric. nu. 100. quia † hoc casu delinquens duas personas offendere videtur: iudicem scilicet secularem & ecclesiasticum. Bald. in l. placet. colum. vls. C. de Sacrosanct. Eccl. Hoc † tamen casu habet locum praeuentio, argum. l. i. de offi. consul. faciunt text. in l. rbi acceptum. & in l. si quis postea. 26 de iudic. Et ideo † si Ecclesiasticus cognovit & iudicauit, & pro facilitori executione committat executionem seculari, videtur quod secularis debat exequi commissionem simpliciter, in re de 27 quacognitum fuit: & † hoc, nisi iudex secularis vellet nouum processum inchoare ad alium finem, tunc enim punitus in foto canonico, potest etiam puniri in foto seculari, ut not. Bald. in d. l. placet. circa fin. in vers. sicut ergo, vbi inquit, quod persona spiritualis non tollit temporalem, nec est contra, & not. Abb. in c. tua. col. pen. de procur. & probatur in c. felicis. §. per hoc quoque. de pœn. in sexto. cum similib. ut tradit Felin. in c. de his. col. fin. de accusat. Dec. in d. l. magistratibus. in fin. Boer. decis. 289. queritur an condemnatus, de qua materialiter scripsi in qq. 30 meis q. 17. Verum † quia omnia praemissa videntur habere locum in iudice ordinario, pro complemento dictorum supra in principio, de delegato, & pro practica ibi allegata, ex Abb. antiqu. videtex. in dicto c. vi offic. in §. denique. de heret. in sexto. & ipsius Abb. dictum sequitur Guiell. de Mont. Laud. in c. i. de offic. deleg. in sexto. Collect. in c. i. prope fin. eod. tit. in antiqu. pro quo vide Felin. in d. c. significasti. de offic. delegat. & Card. in clemen. i. eod. tit. Quare † autem Ecclesia inuocet brachium seculare, cum habeat & ipsa gladii potestatem, prosequi omittere, remittoq; ad Gam. in extranag. Iulii secundi. de Simon. Papa. elect. nu. 195. & seq.

III. CARDINALIS TVSCI: in Conclusionibus practicis Con- clus. 125. sub Lit. B. p. i.

**BRACHIVM SECVLARE QUANDO
inuocari posse, & concedi de-
bet.**

BRACHIVM † seculare inuocari potest à iudice Ecclesiastico ordinatio, quādō ipse fecit quātum potuit, expendendo remedia Ecclesiastica. Oldrad. conf. 89. circa fin. Felin. in c. significasti. de offic. 2 deleg. † Contrarium, quod imo etiam ante quam expedenter remedia spiritualia, possit vti gladio temporali, & brachium seculare obtinere. Calder. conf. 95. nu. 4. alias 1. de treuga & pace, qui dicit com- 3 munem. Felin. in cap. significasti. de offic. deleg. † De- clara, quia Princeps, seu iudex secularis non tene- tur concedere brachium seculare Ecclesiastico pro exequitione sua sententiae, nisi prius Ecclesiasticus expenderit censuras, & remedia, que ha- 4 baret. i. de offic. ordin. & ibi Scribent. & in cap. 2. de ma- led. & in cap. cum non ab homine, de iudic. vbi Felin. in 1. not. Federic. de sen. confil. 251. Casus talis est, in fin. † Hodie cessat hæc difficultas; quia Concilium Tridentinum sessio. 25. cap. 3. de reformat. dat nouā

formam, vt imo ecclesiasticus abstineat à censuris, & excommunicatione, sed vel exequatur per se ipsum, etiam contra laicos in casibus ad forum Ecclesiasticum spectantibus, vel in uocet brachium seculare faciendo exequi per alienos exequutores. † Declara, quia ante Concilium non est vera illa conclusio, quod possit denegari brachium seculare Ecclesiastico, nisi prius expenderit censuras, & remedia Ecclesiastica; quia communis opinio est in contrarium, de qua Calderin. dict. confil. 95. num. 4. alias 1. de treuga & pace, sed in omnem casum tenentes opinionem contra Ecclesiasticū, debent intelligi, quando Ecclesiasticus petit brachium seculare pro exequitione personali, secus si pro reali, quia omnino debet concedi, & ita esse distinguendum etiam inter iudices seculares, & in hac materia dicit Bald. conf. 165. libr. 5. per totum. † Amplia, quia delegatus etiam potest inuocare brachium seculare. Oldrad. relative dict. conf. 89. in fin. Vbi se remittit ad Guil. de Monte Laud. distinguentem inc. 1. de offi. deleg. in 6. & in conf. 278. in fin. num. 9. dicit, quod de iure potest, sed de obseruantia Curia Romanae contrarium obtinetur, & quod possit de iure, idem Oldrad. conf. 319. in fin. & plenissime Federic. de Sen. conf. 163. in Christi nomine, Amen, per totum. vbi tollit contraria, & hanc partem tenet Felin. in c. dilecta, in princip. versi. & iusta, de maior. & obed. † Declara melius, quia etiam 7 cessante prouisione Concilij Tridentini, vera est conclusio, quod contra personam Ecclesiasticam non debet Episcopus, & Ecclesiasticus inuocare brachium seculare; quia est species iniuriae, dare Ecclesiastica personam in brachio seculari; si vero est contra laicum, inuocat statim, & non adhibetur ylla distinctio. Hostiens. in c. 2. de foro competen- circa fin. versi. sed caueat Episcopus, allegat cap. vniuersitatis, & c. vt fama §. laici de sentent. excomm. † Con- trarium de obseruantia Curia Oldrad. dict. confil. 278. in fin. nu. 9. Federic. de Sen. conf. 251. nu. 4. versi. præterea, allegat Archid. in cap. inquisitionis, in fin. de heret. † Amplia, quod brachium seculare possit, & debet inuocari contra laicum pro crimine Ecclesiastico. Oldrad. conf. 86. † Amplia, quod 10 brachium seculare potest inuocari contra conténen- tem sententiam excommunicationis. Anch. in c. postulasti, de homicid. & dicitur contemnere, eo quod intra terminum non facit, quod debet, cap. ex publico, de conuersio. coniug. Apostill. ad confi. Oldr. 319. in fin. ver. nedum brachium. † Declara, quod vbi- 11 cunque brachium seculare potest inuocari à iudice Ecclesiastico, debet inuocari solum, quando remedia Ecclesiastica deficiunt, & ordine seruato; quia non est incipiendum à cauda, sed à capite. Federic. de Sen. confi. 251. Casus talis est. Iacobus. nu. 4. ver. item dato. † Extende hanc declarationem 12 in tantum, vt si iudex Ecclesiasticus inuocet bra- chium seculare nulla præcedente sententia, non debet secularis dare suum brachium, nisi iuste in- uocetur, & summatim hoc examinabit. Federici. de Sen. dict. confi. 251. numer. 3. in fin. versi. quid plus. † Limitia, quia Episcopus habens temporalem 13 iurisdictionem potest vti gladio, & brachio seculari, & bellum mouere, etiam si primo non sit vbi gladio spirituali. Calderin. confil. 95. num. 4. in prin- cip. alias 1. de treuga & pace, vbi dicit communem. † Limita, quod iudex Ecclesiasticus non potest 14 inuoc-

inuocare brachium seculare, quando pender appellatio, & inuocat, eo cau potest denegari per iudicem secularem. Oldrad. consil. 89. ¶ Limita, quia si iudex Ecclesiasticus non iuste decernit, non tenetur iudex secularis illi parere in prophanis, c. administratores. 23. quest. 5. Oldrad. consil. 89. Episcopus inuocat. Ancharan. consil. 382. Angel. consil. 286. Affl. decif. 220. In causa Domini Ioannis. numer. 9. Felin. in cap. cum sit generale, num. 8. de foro competen.

¶ Declara, quando ex verbis sententiae constaret de iniustitia, alias secus, quia non potest secularis de iniustitia cognoscere, neque de nullitate, nisi sit evidens nullitas, quo casu remittit ad Ecclesiasticum, non autem potest aliquid pronunciare. Roman. consil. 5. Attentis iis, per totum. Vide, Index secularis qualiter exequatur sententiam iudicis Ecclesiastici. Concl. 429. Vide, Index secularis quando non praefert brachium Ecclesiasticum. Concl. 430. Vide, Exequitor sententiae quam cognitionem habeat, Conclusio 484.

IV. ARISMINVS TEPATIVS Lanceanus Sabaudus in sententiis Iuris variis. De causis mixtis agens.

Laicus vxorem habens, & coiens cum Moniali, a iudice seculari puniri potest, si praeueniret. Ozal. decif. 103. Connexitatis ratione, laicus simul obligatur cum Clerico, & occasione clerici, laicus coram Ecclesiastico Iudice conuenitur. ibid. num. 3. & 10. Iurisdictio an spectet ad Iudicem Ecclesiasticum vel secularis, ubi dubium est, vide ibid. num. 4. & Bart. in l. 6. C. de Sacrosanct. Eccles. in additio.

Sacrilegi possunt sub quoquis Iudice Ecclesiastico, & seculari conueniri: quia tale crimen dicitur mixtum, quo ad peccatas corporales, & contentiosas. Ozas. de decif. 103. num. 7. vide Fran. Marc. quest. 816. & seq. part. 2. Papon. lib. 2. tit. 3. Roland. consil. 34. vol. 2. num. 14. Quid de sortilego, vide Ioan. Gal. q. 241.

Punitus per Iudicem Ecclesiasticum, an possit etiam puniri per iudicem secularis, vide ibid. Ozas. num. fin. Boer. decif. 289. Affl. decif. 219. num. 4. Fran. Marc. q. 907. num. 6. 7. Et contra, vide Iason. in l. cunctos Populos. C. de sum. Trinit. & ibid. Bald. Abb. incap. tua. Ext. de Procuratio. & Marc. quest. 806. part. 2.

Iudex secularis procedit super testium falsitate commissa coram iudice Ecclesiastico, (etiam adhuc pendente lite Ciulli coram ipso iudice Ecclesiastico) in qua restes falsum depositerunt, & haec vera sunt, si secularis iudex preuenierit saltem per citationem. Affl. decif. 219.

In cognitione percutientis clericum est locus praeventioni inter Iudicem Ecclesiasticum, & secularis. Ioan. Papon. lib. 1. tit. 4. arrest. 6

Iudex Laicus potest cognoscere de periuorio, & adulterio: quia talia crimina sunt communia. Guid. Pap. quest. 178. Fallit in Clerico, qui solum punitur a iudice Ecclesiastico. ibid. Delicta com-

munis, seu mixti fori, quae sint, vide Clar. in sua Praef. crimin. §. fin. q. 37.

Iudex Ecclesiasticus, & non secularis cognoscit de contractu usurario, & pignoratione. Borg. Causal. decif. 2. de contract. part. 2. nu. 38. & decif. 24. nu. 25. ibid.

Fallit, quando statutum imponeat pena usurariis, aut ageretur ad declarationem pignoris solum, vel notorium, aut manifestum esset, contractum esse usurarium, vel iuramentum nullum: ibid. Borg. d. decif. 24. num. 25. & seqq. vide infra tit. de usuris.

Quando quis opponit ad effectum inhibendi cursum publicationis monitorium, coram quo iudice debeat haec quæstio terminari, vide Egid. Magist. tract. Appellat. cap. 4. in decision. diuerso. fol. 218.

Iudex, qui cognoscit de matrimonio, potest accessorie de dote cognoscere, tanquam de dependentibus. Abb. consil. 118. part. 1. n. 1.

Iudex secularis, quando possit incidenter cognoscere de causa spirituali, matrimoniali, vel usuraria, vide Bart. in l. 2. ff. le iurisdictio. omn. Iud. n. 4. Ex. de testament.

Quæstio nativitatis opposita petenti hereditati coram iudice seculari, est ad Ecclesiasticum Iudicem transmittenda. cap. 5. Ex. quifili sunt legit.

In causa Civili inter laicos, non cognoscit Ecclesia, nisi quæstio esset, an quis sit de legitimo matrimonio natus. c. 7. ibid.

Iudex Ecclesiasticus cognoscens de exceptione proposita coram iudice seculari, potest inhibere ipsi Iudici seculari, ne interim in causa procedat. Abb. consil. 5. part. 2.

Et haec sunt, quæ de Brachio Ecclesiastico & seculari, ex professio diversis in locis, & a varijs autoribus pertractata inueniuntur, quæ sufficiat ne nimium excrescat hoc opus; plura qui scire desiderat, quo usq; in Ecclesiasticos sese potestas extendat secularis, videat Bertachinum in tractatu de Episc. lib. 4. num. 95. & vol. 4. vbi multos casus recenset: Viginti que que casus accumulat, Averrius in Clementin. 1. de officio ordinarii. & Recenset alios triginta quatuor in addit. ibid. fact. Et Centum & triginta nouem Castellus à Bobadilla, in politica prætorum, cap. 18. lib. 2. Quibus si addantur quæ Græucus Concl. 2. 7. & seq. tradidit, pauca defutura arbitror.

Quia atque præter hoc Brachium; Don Gancia Mastrillus, aliâ distinctionem brachij fecerit, additum flectit: etiam eius tradita hic subiicienda, quæ habentur in tract. de Magistris Roman. c. 15. lib. 5. num. 7. hodie trahit brachia, Regnum, inquit, totum repræsentantia conuocantur; Ecclesiasticum scilicet, in quo Prælati omnes Ecclesiastici conueniunt; Militare, quod ex Titulatis, & Baronib. vasallorum conficitur; & Brachium Regale, seu domaniale vniuersitatum huius Regni, vt dixit Pet. de Gregor. in tract. de concess. feud. p. 1. q. 1. num. 15. & 16. Calic. in loc. citato, c. 6. Cum. in d. prelud. num. 43. & 56. & de Regno Catalonia tradit Fontanell. vbi supra num. 69. Ac Statut maiori parti præsentium, per quam tria Brachia tepræsentantur,

34 Iurisconsultorum Italorum Miscell.

& concludunt, ad notat. per Abb. in cap. non est in 1. notab. de regul. & in cap. scriptum de elect. Felin. in cap. suscitatum, & in cap. pastoralis, ubi etiam Abb. de appellat. qui loquitur de Nationibus, quæ interueniunt in consilio generali, ut diuersa corpora, maxime in seruicio Regi præstanto, ut admonet, D. de Pont. in Rubr. de Regal. imposit. nu. 18. cum seq. & hæc tria Brachia totum Regnum representant, eorumque obligationes, & oblationes ligant omnes personas Regni, ut dixit Chassan. in consuetud. Burg. rub. 9. §. 9. nu. 31. ver. item & quod plus est, & in rub. 4. §. 7. nu. 59. Tyraq. de legib. connub. gloss. 8. nu. 173. Ioan. Ferron. in consuetud. Burdegalen. Et inter ea præcedit, & primo dat vocē Brachium Ecclesiasticum, Bellug. rub. 6. num. 21. Surg. de Neap. ilustr. c. 13. nu. 36. Iude Militare, & denuo Domaniacale; haec tenus Mastillus: Quæcum aditum, ad Regale & Militare brachium faciant, paucis quædam materiam executiuam conceruentia, de virtuote subiicienda.

DE BRACHIO VEL MATERIA REGIA.

Traetatum absolutissimum conscripsit Hortensius Caualcaneus, ut & Theodosius Rinking, qui exactissime hoc ita pertractarunt, ut quid eis addi posset, haud videam; quia tamen illi hic integrum materiam Regalium, & Iurium Imperialium, ex proposito excutunt, eaq; huc proprie non spectent; sufficiat, quo ad Executionis hanc materiam, ex Caualcaneo, hic & sedes materialium referre, & quæ in explicatione definitionis ille sat docte & eleganter sequenti ratione proposuit, vna cum aliorum notatis referre: Reliqua, & apud illos & alios Regalium materiam, hodie, si non ad nauseam, ad facietatem tamen pertractantes, videi possunt.

EX HORTENSIO CAUALCANEO.

1. Sedes materie huius. 2. de Etymologia: 3. Descriptio 4. Et quod Executio proprie sic procedatur.

SVMMARIA.

1. BRACHIVM Regium cur concedatur.
2. Brachii Regii practica hactenus indigeta. Manus Regia: Brachium regium: & Brachium forte, idem dicitur. Manus regia apud quos, & quibus in locis tractentur.
3. Brachium Regium criminæ prosequitur.
4. Interfici Reip. delicta puniri. Brachii Regii vires ignota.
5. Iudices ignari abeuntur Balia Brachii Regij.
6. Iudices quidam gloriantur in malitia.
7. Brachium Regium quid sit, eiusq; definitio.
8. Brachium Regium non cognoscit alium Iudicem superiorem.
9. Arbitrium ob Brachium regium est tam super expressio: quam super non expressio: & nu. 26.

10. Melius est regi à iusto Rege, quam à lege scripta.
11. Brachium Regium non est circumscripsum ab ullo ordine, nullo tempore.
12. Brachium Regium arbitrium liberum dicitur.
13. Arbitraria Principum pro legibus erant.
14. Manus Regia proceditur executive.
15. Brachii Regii Descriptio secundum practicam.
16. Brachium Regium multiplici nomine appellatur.

Remediū extraordinarium. Item Iurisdictio. Itē Manus regia. Item vices Principis. Item liberum & absolutum arbitrium.

Sæpe numero contingit ob delictorum gravitatem, Brachium (quod Regium nuncupatur) à Regibus, & Principibus, nec non ab aliis Dominis talē potestatem habentibus impertiiri Iudicibus maleficiorum, vel delegatis, pro indaganda, & eruenda veritate criminum atrocissimorum, occultorumque, ut rigorissime ac utriter manus regia procedant contra quoscunque suspectos, & culpabiles, & delinquentes severè puniant, † de quo trad. Innoc. in c. 1. de constitut. & Bald. in l. obseruare. §. proficiisci. 11. quest. ff. de offic. proconsul. & in l. 1. C. de prec. imper. offer. & in l. si verior. 3. col. C. ex quic. caus. infam. irrog. & Sribent. fere omnes in l. 2. & ibi gloss. ff. de orig. iur. vbi propria sedes. Iason. nu. 11. Cagnol. num. 7. Ozasc. num. 3. Bart. in l. frater à fratre. nu. 12. de cond. indeb. Salyc. & Iason. in l. ex hoc iure, de iust. & iur. omnes in Rubr. de verb. oblig. Soc. Sen. nu. 7. Iun. nu. 89. Bald. Nouell. num. 13. verius nu. 27. Bulgar. num. 13. Buttigel. num. 1. Ruin. numer. 4. Galiaul. num. 198. & seq. Niger. num. 7. & seq. Card. Bolognet. ea in rubr. c. 12. per tot. Fortun. Garz. in l. Iurisgentium. nu. 4. de pact. Cano in c. que in Ecclesiistarum de constit. vbi Abb. nu. 14. Felyn. nu. 55. But. 27. Imol. nu. 13. Natt. in clement. saep. §. 1. col. 9. de verb. sig. & ibi Lanfianc. ver. & libellus. Card. in clem. dispensiosam. q. 44. de iud. Aret. in §. in bona fide. Inst. de act. Bart. in tract. ad reprim. vers. & figure. nu. 12. Oldtrad. consil. 615. Cor. consil. 216. nu. 20. vol. 1. Dec. consil. 434. n. 4. Mandos. ad Lap. alleg. 28. lit. g. nu. 4. relatus à celebet. D. Bursat, in eius magistrali consil. 20. pro dilucidatione num. 117. Oldendorf. lib. act. commun. tit. de ver. act. nu. 3. Bertazol. consil. 143. num. 6. Marant. 4. part. iud. distinct. 9. num. 11. Afin. in eius pract. §. 1. num. 2. & §. 3. cap. 3. Mart. Lauden. de reprefal. num. 12. Illust. Præses Dn. Menoch. de arb. iud. lib. 1. quæst. 7. num. 69. Leopol. Dickitis. Oeconomia iuriis fol. 22. & 25. Franc. Conna. de iur. Ciuit. lib. 1. cap. 7. num. 3. Anton. Cordua de Padill. in l. si quis à liberis in l. num. 53. de lib. agnosc. præf. Car. Bolog. de leg. iur. & aquit. cap. 10. num. 14. c. 11. num. 15. † Et hæc facultas Brachii 3 Regii crimina sic prosequitur, ut lege maior, nullo limite sit circumscripcta. Afin. d. c. 2. n. 6. Conna. d. c. 7. num. 3. Bolog. mox adductus in c. 12. num. 20. & d. cap. 11. nu. 8. † Nam Reip. intrecta delicta & 4 improbos puniri, lib. bonifidei. ff. deposit. ita vulneratus. adl. Aquil. Soc. d. Rub. de verb. oblig. num. 4. bidem Bol. num. 3. & 13. & 14. Quodque glorioius est, bonorum consulit saluti, vindex innocentia. Jacob. Omphal. de usurp. leg. libr. 1. cap. 11. & de Princeps. functio. lib. 1. cap. 1. & 6. & tandem D. Decian. tract. delict. tom. 1. lib. 4. c. 25. car. 16. 4. Et licet multi mul. a miscellanè, in theoria scripserunt, tamen practicandi modū minime docuerunt, eo quia prius facere

facere non cōperunt, ut apud Luc. c. 1. ad Theophilum in Actis Apostol. in proposito Affl. & super secundum feud. tit. Quā dicitur Dux, Rubr. 36. sub nu. 9. ver. secundo requiritur, quod sit eruditus, ut primo discat quam doceat, & 61. distinct. c. statuum. & C. miramur. At Deus pro sua largitate impetrari solet scientiā, timentibus illū, Psal. 111. & Luc. c. 12. & ideo non debemus cum Iudeis mirari, dicentes, quomodo hic literas scit, cum nōdū didicerit, Luc. Euang. cap. 7. & qui donum hoc à Deo datum possident, eorum doctrina est tuta & salutaris. Verum vt plurimum datur tam ampla potestas, & ignorant eius vires, nesciunt calles, neq; terminos, more illius cui gladius datur; sed qualiter cū eo te gerat penitus ignorat, habet ensem, & nescit digladiari. † Quo fit vt iudicēs sub prætextu tam lati & absoluti arbitrii accedant Baliam, inanem gloriam affectantes, nedum rigide, sed vt quam maxime rigorissime super dorsum pauperum inculpatorum procedant, & contra omnes iuris terminos, approbatos mores, & usus consuetudinarios, alios quippe perdunt; alios mactant; alios mancos reddunt; in maximum eorum animæ detrimentum, nec non ad destructionem, perditionemque magis subditorum, quam ad eorum conservationem, & quod peius est, magna tormentorum leuitia erroneas confessiones extorquent, & innocens punitur, nocens vero absolvitur, & alii non desunt, qui glorianter, cum ipsi maleficerint, sub prætextu zeli, & virilis iustitiae, vel rationis status (misendo sacra prophanis) quorum finis interitus, contra quos sacra pagina inuicit; Noli amulari malignis, neque zelaueris fratentibus iniquitatem. † Quam obrem, ne vagemur in tenebris; Primo quid sit Brachium Regium, vel manus regia, quā sic definire placet, ut videatur omnibus numeris & legibus absoluta potestas. † Brachium igitur Regium dicimus esse arbitrium supremum, non recognoscens Iudicem superiorem, nullo iure certo, nullo iudicio, forma, tempore, aut ordine, restrictum, sed liberum proflus, cuncta regens, vel naturalis rationis dictamine, vel effreni libidine, de fortanis statuens, & vita hominum, in contractibus voluntariis exigens fidem, & debitum executive, in non voluntariis, & capitalibus pēnas scelerum. Quā definitione stante, cuncta verba verificantur, & primo arbitrium appellatur, à gloss. iam allegat. int. 2. vbi Zaf. num. 21. de orig. iur. aliqui appellant potestatem, ut placet Cagnol. ibi num. 7. & Afin. d. §. 1. cap. 2. numer. 10. in fin. Soc. Iun. in d. Rubr. de verb. obl. num. 75. Secundo supremum esse dixi, vt inter ceteros sic præsupponunt Zaf. d. l. 2. num. 13. Cagnol. num. 7. Oldendor. de vet. act. sol. num. 4. Bolog. de leg. iur. & equitate, cap. 10. num. 13. Tertio, & sequitur, non recognoscens Iudicem superiorem, duplicitate causa, ut concessum videatur à Principe non recognoscere superiorem, (ut infra dicetur) & cui concessum est, nemine ipse sit inferior, immo omnibus Iudicibus superior, Zaf. exemplificat in ipsa Imperatoris, in d. l. 2. num. 13. Leopol. Dich. Oeconomia iuris, fol. 25. facit. Berous. consil. 170. num. 14. vol. 3. Quarto dicitur, nullo certo iure restrictum, hoc probat. Oldendor. d. num. 4. & Afin. d. cap. 2. num. 6. Connan. de iur. ciuil. lib. 1. cap. 7. nu. 3. Bolog. d. cap. 10. num. 13. cap. 11. num. 1. 12. 20. & 13. num. 6.

& 7. Dich. mox adductus num. 22. † quia pet arbitrium istud nedum circa non expressa à iure, sed etiam super expressis, Iudicem nostrum potestatē habere, præsupponitur: conserunt dicta, Felyn. in cap. ex literis de constit. Marant. part. 4. num. 65. & Boff. in tit. de remed. ex sola clement. Princ. num. 44. & 45. vbi melius esse ait regi, à iusto rege, quā à lege scripta, nec argumentatur à statuto de compromisso fiendo, licet generale sit, quod in causis criminalibus tale statutum locum non habeat. Dd. tenant in l. Iulianus. §. non distinguens ff. de arb. Afin. pract. §. 27. cap. 8. num. 3. † Quinto, & nullo iudicio, sic dicit Bart, in d. l. frater à fratre, numer. 12. de cond. indeb. & Galiaula. in d. Rubr. de verb. obl. num. 182. Cordu. in d. l. si quis. num. 52. de liber. agnos. Marant. d. par. 4. Dich. num. 11. Bolog. de leg. iur. & equitate. cap. 13. numer. 13. Sexto nulla forma, ita Oldendor. d. tract. de vet. act. sol. num. 3. Bolog. d. capit. 10. nu. 13. Leopol. Dich. d. tract. & economia iuris. fol. 24. † Se- if ptimo nullo ordine, sic exponit Zaf. d. l. 2. nu. 13. Galiaula. d. Rubr. de verb. obl. num. 198. Cagnol. in d. l. 2. numer. 7. & Leopol. Dich. fol. 15. Afin. d. cap. 3. num. 1. Marant. distinct. 9. num. 11. Octauo, & nullo tempore, tam in procedendo, quam in iudicando, quasi de nocte sicut de die, etiam feriata, in honorem Dei, talis facultas exercenda. Afin. d. cap. 2. §. 1. num. 10. ibi etiam momento temporis. Hoc in delictis præscribitis talis facultas intelligitur data. Bol. in l. Lucius §. qua marito ff. de legat. 2. & Boer. decis. 26. numer. 9. Est verum, quod de consuetudine, etiam die feriata solet procedi, in iis causis, ita exigente necessitate: per l. impossibilum, der. reg. iur. Nec iudex noster instantiam seruare tenet. Marant. de ord. iud. p. 5. numer. 13. Affl. & decis. 183. in fin. Cum illa sit de iure positivo. Afin. pract. §. 1. cap. 3. num. 32. & 33. Nonno, quod scriptura nullus, apud Cagnol. d. l. 2. num. 7. Afin. d. c. 2. num. 10. & sic reiecta sunt solemnitates. † Decimo dicitur arbitrium prorsus liberum, ad differentiam, arbitrij simplicis. Zaf. d. l. 2. num. 11. Oldendor. d. tract. de vet. act. fol. nu. 3. Afin. cap. 2. num. 7. & 10. & §. 3. c. 3. num. 6. Connan. de iur. Ciuil. d. cap. 7. num. 3. lib. 1. Bolog. d. cap. 10. nu. 19. cap. 11. num. 11. cap. 13. num. 6. & 7. de leg. iur. & aquita. Soc. Iun. d. Rubr. de verb. obl. vbi ait, tale arbitrium esse voluntatis, & sic irregulatum, & proflus liberum. Bart. in extra iug. ad reprim. in verb. iudicii. num. 3. Aret. in d. §. in bonifidei num. 5. In fin. de act. Affl. & decis. 37. nu. 8. in cap. 1. num. 51. & in cap. ex literis de constit. Iason. in l. si sic. nu. 27. de legat. primo D. Menoch. de arb. iud. lib. 1. quæst. 7. num. 2. † Iustinus in princ. Hisfor. ibi arbitraria Principum pro legibus erant, in quo superiore dato, liberum agnoscitur, Ioan. Baptista. de arbitraria libr. 8. capit. 15. Benint. decisio. 31. numer. 3. Sed Bald. in l. dudum. vers. tertio. C. de contrabens. empt. pro notat. tradit, quod non habet arbitrium, quoniam non habet ipsum simpliciter, sed coarctato modo, ut pura, intra confortes tantum, & ait coarctata libertatem non esse libertatem, & concludit dicens, siue quis non possit quod bonum est in se, id est, naturae, siue quis non possit, quod bonum est alii, non dicitur habere libertatem arbitrii absolute loquendo, & alleg. l. si optio ff. qui & à quibus. Undecimo, tale regimini probat. d. l. 2. de Orig. iur. & Oldendor. de vet. act. sol. num. 4. Bulgar. d. Rubr. numer. 3. Afin. d. cap. 3. num. 8. Bol. d. cap. 10. num. 13. Galiaula. in d.

36 Iurisconsultorum Italorum Miscell.

in d. Rubr. num. 198. Duodecimo, de naturali ratione dictamine loquuntur Canon: in d. cap. qua in Ecclesiis-
rum. vbi Alb. num. 14. Felyn. ibi num. 55. Butr. num.
27. Mart. Laudens. de repreſal. num. 12. Oldend. d. n.
4. Bolog. d. cap. 10. num. 15. & Connan. vbi *supra* cap.
7. num. 3. Tertio decimo, effrenatam libidinem, di-
cant Connan: loco citato. & Bolog. de verb. oblig. cap.
12. num. 21. & deleg. iur. & aquita. d. cap. 13. numer. 6.
Afin. d. cap. 2. vbi exemplificat in Appio vindicias
pro virginia, quam deperibat libera, vtro con-
cedente. numer. 7. & seq. quod exemplum an sub-
sistat, pro nunc, sat est. Quarto de cimo sic statue-
re de fortunis hominum, Connan. d. cap. 7. & Bolog.
supra adduc. Quintodecimo idem de vita hominum
dixere. Sextodecimo in contractibus voluntariis, tam
in reciprocis, vt per Nigr. in d. Rubr. de verb. oblig. nu.
11. Soc. Iun. Iun. 92. Bolog. cap. 9. num. 20. quam in
contraetibus ex simplici pacto nudo, vt per Dd.
quos adducit, Afin. communiter in d. §. 3. cap. 26.
num. 3. Galiaul. in ead. Rubr. nu. 199. Niger. num. 7.
& 16. Bald. Nouell. num. 13. Bolog. d. cap. 8. nu. 10.
& 13. Decimo septimo, fidem obseruari, ait Niger.
d. Rubr. num. 16. Bolog. d. cap. 10. num. 13. Dceimo
octauo, debitum respectu creditorum, Bart. in l. fra-
ter a fratre num. 12. & ibi Ias. num. 34. Connan. d. c. 7.
Bereng. in l. pacta conuentia. num. 24. & 25. de contra-
ben. empt. Zaf. d. l. 2. num. 2. Grat. cons. 10. nu. 13. libr. 1.
14 excommun. Bolog. d. cap. 11. nu. 14. Decimonoно †
dixit executus, quia manu Regia proceditur, amo-
tis circuitibus, Niger. d. Rubr. 4. & 10. vbi ex omni-
um sententia dicit, quod siebat auctoritate pro-
pria executio. Cagnol. d. l. 2. nu. 8. Bolog. d. cap. 10.
nu. 4. Vigesimo, tandem dixi, executionem exigens,
etiam in contractibus non voluntariis, delictis, &
penis, vt per Cannon. sape allegat. de iur. Civil. d. ca.
7. num. 3. vbi scelerum penas. Cord. d. l. si quis à liberis.
num. 53. Bolog. d. cap. 3. nu. 13. Afin. d. cap. 3. vbi tam
in causis civilibus, quam in criminalibus. Veru-
tamen non obstante supradicta noua definitio-
ne, & loquendo tantum in materia criminum, &
quoad eius exercitium, prout est noster principa-
lis scopus, † sic practicabiliter, Brachium no-
strum Regium describere censui, esse quandam
facultatem, vel potestatem extraordinariam, lu-
dicibus ordinariis, vel delegatis concessam, pro-
cedendi extraordinarie, nulla iuriis solemnitate
inspecta. de qua per Put. de Synd. in verb. arbitrium
c. 2. num. 2. & Amad. eod. tract. nu. 141. cum plur. seq. &
tot. iit. de var. & extraord. crimin. & tantum sit, appellari
Brachium Regium, quam manus Regia, vel
liberum arbitrium, Afin. d. eius pract. §. 3. c. 3. nu. 12.
& 14. de quo Sigismund. Scac. tract. suo de iudic. cau.
civil. & Crim. & heret. c. 53. sub nu. 41. Vbi dicit idem
importare, quod clausula, sola facti veritate inspecta,
15 de qua suo loco dicetur, † sic Brachium Regium
appellari remedium extraordinarium per supra-
dicta. Quandoque dicitur auctoritas, & manus
Regia, de qua in d. l. 2. de orig. iur. quandoque, vices
Principis, vel iurisdictio, pro ut sonat hoc verbū,
Regium, secundum Ias. in l. ex hoc iure. nu. 3. ff. de iust.
& iur. Scrib. in l. 2. ff. de publ. iud. & in auct. sed noua iure,
vbi Cæpol. C. de seru. fugit. Cab. ll. Milleq. 33. quan-
doque Brachium Regium dicitur, liberum, &
absolutum arbitrium, vt explicant glos.
& Dd. in d. l. 2. de orig.
iur.

II. IOANN. BAPTISTA Asinius, in praxi ad statuta Flo- rentin. Cap. 3.

S V M M A R I A.

- 1 Manus regia magistratibus quando sublata.
- 2 Manus regia apud solos principes, & supremum Re-
rum publicarum magistratum remansit.
- 3 In Aula. consistorio, seu Consilio principis, & Rerum
publicarum, quare sola facti veritate inspecta, pro-
cedatur.
- 4 Index qui potest, sola facti veritate inspecta, iudicare,
iudicat vti Deus esset iudicaturus.
- 5 Prescribere non potest Dominus contra vasallum.
- 6 Prescriptio non procedit, vbi manu regia iudicatur.
- 7 Manum regiam ad Magistratus & iudices transfe-
runt principes, cum causas, cum illa clausula, sola
facti veritate inspecta, committunt.

Qvia subdunt hic statuentes, quod sint sum-
mariae, & in eis procedi possit breuiter &
summarie, de plano, & sine strepitu & figura in-
dicij: ad eamodo redeundum est, quæ supra in
principio huius nostri statuti, cum de manu Re-
gia loqueremur, dicebamus. Vidiimus enim ibi,
quomodo primis illis temporibus apud Principes, & Republica magistratus, in causis tam Ci-
vilibus, quam Criminalibus, manu regia proce-
deretur, verum † cum deinde magistratibus &
Principe inferioribus, laxas illas habendas cohé-
das esse videretur, & manus (vt aiunt) aliqua ex
parte ligandas, vt iij manu regia procederent, veri-
rum est, vnde iudicarius ordo, & causarum insta-
tiz, de quibus supra loquuntur sumus, emanatunt: &
apud † tolos Principes, & supremum Reipubli-
ca magistratum, propriea quod legibus soluti
sunt, l. Princeps. ff. de legibus, manus illa regia reman-
sit. Et ideo † coram principe seu eius consilio, &
sola facti veritate inspecta, reiectis iuris rigorib.
& solennitatibus procedi solet, vt voluit Bartol.
in l. Æmilius in fin. ff. de minor. & est text. in cap. ad pe-
titionem, Extra de accusation, & tradit Thomas Gram-
maticus, in decis. 103. nu. 142. & in decis. 62. num. 29.
vbi adducit Bart. in Extrauaganti, ad reprimendum,
in verb. videbasur, & Bald. in l. nemo. C. de sentent. &
interlocution. omn. iudic. & Franc. Aretin. in cons. 84. di-
ligenter, & Ias. in l. certi conditiv. §. si numnos ff si certum
petatur. vbi inquit maxime in consistorio Principis
à iuris regulis recedi posse, & sola facta verita-
te inspecta procedi, id quod ultra predicta com-
probat etiam eodem in loco, Thomas Grammat.
ex his quæ voluit Paul. Castren. in l. i. ff. si sape. in in-
tegr. restit. postulet. ita vt cum Index † potest sola facti
veritate inspecta iudicare, vti Deus esset iudicaturus
iudicare possit: vt dixit notabiliter,
Bald. in l. penult. vers. 6. quero. C. de iur. delib. & se-
quitur Georg. Natt. in repetitione Clement. sape, de
verborum significat. & Claud. Saitell. in l. beneficium.
C. de consti. princ. subdens te ita solitum esse iudi-
care. Quod maxime procedit, cum sacrum consi-
lium obtinet vicem praefecti prætorio, vt inquit,
Guido Papæ in decis. 29. Parlamenti Gratianopolitani
in sive

in superiori consistorio. & ideo dicebat Nicolaus Boerius in quæst. 211. num. 9. vol. 1. † Dominum contra vasallum præscribere non posse, per ea quæ voluit Abbas in cons. 3. vol. 2. Dum inquit Galliæ regem, eiusque in regno successores, et si retinuerint, diuine possederint comitatu Bigorre, non potuisse ob id aduersus suos, in curia parlamenti, contra se ipsos litigantes vatallos præscribere, propter rea, † quod eiusmodi iudicium, in ea Curia, sub manu regis ageretur, quæ neminem unquam sollet his iuri subtilitatibus atque rigoribus spoliare. l. interisse puto & ibi Barro, Alberti à Rosate, & Alexand. ff. de acquirend. possessio. & Abba. Barba. Henricus Bohic. & Felyn. in causa examinata, Exira de iudic. & late prosequitur ipse Boerius, in eadem quæstio 211. Licet autem, ut supra vidimus, Magistratus deinde manus illa regia sublata fuerit, & apud Principes & summos reipub. magistratus remanserit, solent tamen Principes ipsi, seu supremi illi magistratus, apud quos reperitur, † ad inferiores magistratus & iudices transferre, cum causas sola facti veritate inspecta, & aliis de quibus infra dicetur, committunt.

I. INTER GALLOS.

Petrus Rebuss. ad Constitutiones regias sub Titulo, de Executio-
ne, art. 9. gloss. 2.

num. 43.

AN HODIE BRACHIVM REGIVM
sit in ysu?

DVO decimo iudex non tenetur proferte sententiam condemnatoriam, sed potest iubere, ut res capiatur, & distrahatur pro debito, & sic potest ab executione incipere, exemplo Salomonis, dicentis; Afferte mihi gladium; quæ verba sunt executoria. d. cap. afferte. Nam olim omnia manu regia, & sic executiue expediebantur, l. 2. ff. de orig. iur. secus quād o sumus in iudicio ple-
natio. l. prima. C. de executio. reiudica. hoc tamē in practica vix seruaretur.

DE BRACHIO MILITARI

ET si sub hoc Brachio Mastrillus omnia quæ ad ius militare spectant, rede gerit nos tamē, quia hæc materia satis ample, ab aliis non solum iuridice, sed & militari modo discussa, nec proprie ad hanc iuris executiui materiam; Et sic non ad forum iustitiae proprie, sed magis ad forum prudentiae, spectat, ea relicta, hic referenda tan-
tum verba sequentia duximus, ex opere

DOM. CARDIN. TUSCHI,
quæ habentur conclus. 126.
sub lit. B.

BRACHIVM † militare, seu exequutio, per viam brachij militatis non potest concedi,

contra aliquem, qui possederit, per viginti annos, & non reperitur citatus, in iudicio tenutæ allegatae, nisi interuenierit in instrumento recognitionis, cuius exequutio petitur, & per consequens non potest dicti effectus praceptis, de disgrimbrando, de quibus in causa tenutæ, neque pracepto guarentigia, de quo in instrumento, & ideo ab eo uti occupatore ob contumaciam, non possunt auferri, quæ solent ab aliis, l. qui restituere. ff. de rei vendic. Vide, Missio in possessionem quando tuenda vel non, concl. 290. Vide, Hypothecaria auctorat possessio-
nem, & quid veniat in hoc iudicio. conclus. i 26. Vide, Tenutariorum, seu missus in possessionem, ex primo decreto non possideret, nec lucratur fructu, & quando secus. concl. 44. † Amplia, ut procedat, etiam si fuisse cito-
tus, quia cum actor passus fuerit eum possidere, sibi præiudicauit, per ea, quæ deducit Ang. & Imol. in l. si finita. §. pen. ff. de damno infecto, maxime quando possessor ultra 10. annos, possedit, quo tempore per obliuionem perditur possessio ciuilis, l. si de eo, §. 1. ff. de acquirend. possess. † Amplia, quia non potest concedi brachiū militare in plus, quam continetur in sententia. Vide Exequutio qua-
lis esse debeat, & quando nulla. concl. 482. † Amplia, 4 quia brachium militare, impeditur per penden-
tiam litis super nullitate, item per compromissum factum. Vide, Exequutio sententia non retardatur multa casibus. conclus. 488. Vide Exequutio sententia, & in-
strumenti Executiui non est danda multa casibus, con-
clusio 489. † Amplia, quia brachium militare, non debet concedi, primo emptori, pro pretio declarando, cum constituto, contra secundum Emptorem cum constituto, cui actualis possessio fuit tradita, antequam premium prima venditionis esset declaratum; quia constitutum prius & venditionis dependebat ab intentu pretij declarandi per arbitrios. l. si. C. de contrahend. Empt. Ruin. cons. 136. num. 2. lib. 2. ideo licet constitutum esset purum appositum; tamen in contractu conditionali, non transfert possessionem, nisi purificata conditione contractus. Alexand. cons. 83. numer. 6. lib. 2. Decius cons. 247. colum. 3. Grat. cons. 69. col. 2. lib. 1. Gozad. cons. 20. Ripa lib. 3. respons. cap. 20. Ti-
raquel. de constitut. in 2. parte ampliat. 15. Eueniente conditione debuit probari, quod vendor pos-
sideret; quia constitutum, non probat possessio-
nem, contra terrum. Bald. in l. siue autem. §. 1. ff. de publicia. in rem actio. Doctor. communiter in l. quam-
tua. §. 1. ff. de acquirend. possess. Ange. in l. quadam mulier. ff. de rei vendic. Tiraquel. de constitut. in 3. part. princip. in l. limit. num. 8. & num. 20. sed hoc est impossibili-
le probare; quia tempore declarati pretij non pos-
siderat, quia secundo Emptori tradiderat; ergo alteri non potuit tradere, quod ipse non habe-
bat. l. traditio. ff. de acquirend. rer. domin. Nec obstat, quod purificata conditione, trahatur recte effe-
ctus; quia non procedit in præiudicium tertij, &
re non integra, Tiraquel. d. tractat. de constit. part. 2.
Ampl. 17. num. 4. cum seq. † Restringe, quia potest & debet concedi Emptori simpliciter, quando ei-
dem fuit facta traditio per constitutum, quia in
eum dicitur translata possessio, & translatum do-
minum. Batt. in l. ab emptione vbi lafon. & alii. ff. de
pactu. in l. quod meo. ff. de acquirend. possess. maxime stâ-
te guarentigia, † Amplia, quia non potest con-
cedi exequutio, & brachium militare, nisi con-
stet

Itet prius, de iure exequibili, & quid, & quantum sit, & sic nisi prius facta fuerit certificatio, & liquidatio, l. hac autem. §. 1. ff. ex quibus causis in possessio. eatur. Vide, Exequitio sententiae, & instrumenti Executio. 8. ui non est danda, multus casibus. d. concl. 489. † Amplia, quia Exequitio, & brachium militare, non potest concedi, si debitor pendente iudicio, etiam exequitio, offert debitum cum deposito subsequito penes camporem, iuxta formam sententiae. 9. Limita, quia Florentiae, regulariter pro exequitione sententiae imploratur brachium militare, l. qui restituere ff. de rei vendic. Nam alias superfluum, & fructatorum esset habere sententiam, nisi debitae exequitioni demandaretur, cap. quoad consultationem. Extra, de re iudic. gloss. in rubr. C. de exeq. 10. rei iudic. † Extende, quia brachium militare, non impeditur, & sic exequitio rei iudicata, per iudicium ordinarium. Rom. consil. 76. in fin. Innoc. in 11. cap. cum in iure, Extra de offic. deleg. † Extende, quia litis pendentia in exequitio, non obstar, quin detur in iudicium exequitium. Iason. consil. 9. & consil. 12. lib. 1. Grammat. consil. 95. Iason. post alios in 12. l. nulli. num. 8. versic. sexto, & ultimo. C. de iudic. † Extende, quia brachium militare debet concedi contra condemnatum, ad relaxandum bona, per sententiam, quae fecit transitum in rem iudicatam, etiam si offerat interesse, quia licet alias obligatus ad factum, soluendo interesse, liberetur. l. stipulationes non dividuntur, in princ. in vers. Celsus. ff. de verbis, obligatio. tamen, quando adeat condemnatio ad relaxandum, & est in facultate obligati, compellitur praeceps, glossa communiter approbata, in l. qui restituere. in gloss. magna, in versic. condemnandus. ff. de rei vendic. Bald. in l. vnic. numer. 46. C. de sentent. qua pro eo, quod interest. Iason. in §. actionum. num. 48. 13. Institut. de actio. & consil. 9. num. 10. lib. 1. † Limita, quia Exequitio, seu brachium militare, debet

concedi vigore instrumenti exequibilis, tam de iure communi, l. ut cui. §. iussu. ff. ut imposs. legat. Bart. in l. finita. §. Julianus. versicul. secundo quarto. ff. de damno infect. l. qui restituere, cum materia. ff. dereivendit. quam ex iure municipalis Florentiae, & ex reformatione facta, de anno 1489. † Extende ut 14 idem sit, quando petitur brachium militare, in vim iudicati, vel pacti, quod licet propria auctoritate ingredi possessionem, vel ex dispositione iuris communis, vel statuti, quod possit locator expellere conductorem propria auctoritate; quia si petat associari, index superior tenetur concedere familiam, ad tollenda scandala, plene Alexand. consil. 130. In causa. Strat. Ciavolorum in princ. & consil. 131. per totum libr. 4. † Extende, quia tale 15 Brachium militare, imploratum a superiori pro exequitione rei iudicata, vel pacti exequibilis, debet concedi, extra iudicialiter, nisi constet, quod iniuste petatur, Alex. consil. 130. In causa. num. 3. versi. præterea ad predicta. lib. 4. Vbi, quod si petatur in iudicio exequitio sententiae, per modum brachii seculatis, debet concedi sine alia causa cognitione. † Imo tenetur Index, cuicunque ti- 16 menti offensionem ab alio dare associationem, l. fin. C. de erogat. milit. annon. lib. 12. Alexand. dict. consil. 130. num. 3. libr. 4. † Contrarium in hoc ultimo, 17 quando petitur exequitio, iudicialis sententiae alterius, quod imo, antequam concedat, debeat cognoscere de iustitia, vel iniustitia. Apostill. ad Alexand. d. consil. 130. num. 3. lib. 4. allegat Bart. & Bald. in l. magistratus. ff. de iurisdict. omn. iud. Lucam de Penna in l. 1. quast. 1. C. de privil. scholar. Io. Igneum, in l. 1. §. cum dominus. numer. 33. cum seqq. ff. ad Syllania. † Declara in ver- 18 sic. Index secularu. Concl. 429. vbi plenius.

F I N I S.



IO. BAPTIST.

nde
f leg.
w f. it
dene
de re
atende n 4
lue, in
ian ho
polite
tlocata
are; qia
ur conce
oleme Ab
i impinge
-quaral
pensepo
xueubis
li order,
matur,
mifig
en mden
in un cui
mimque if
consonan
and danc
hooine
s femme
lar, deca
spoffillia
ar Baut.
ad. Laten
Scholar. lo
33. 1600
0 100

TIST

10.

511

D

Cr
Statu
Cap